IN NOMINE JESU!

AHASVERI FRITSCHI

SCHOLARIS PECCANS,

Sive

TRACTATUS DE VITIIS ET ERRORIBUS SCHOLARIUM.

Cum Appendice

DE

VITIIS ET ERRORIBUS MODERATORUM JUVENTUTIS SCHOLASTICÆ.

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

WRATISLAVIÆ & LIPSIÆ,
Sumptibus JESAIÆ & JOACHIMI FELLGIBEL. Bibliopol.

ANNO MDCLXXIX.

VIRO

Nobilissimo, Amplissimo & Excel-cellentissimo

DOMINO

CHRISTIANO WILHELMO Kriegsmann

JCto pio atqve cordato,

Sereniss. Electori Palatino à consiliis Cameræ &c.

Domino & Amico suo honoratissimo,

Libellum hunc,

Ut publicam amicitiæ tesseram, sacrat

AUCTOR.

Ad Lectorem!

DE vitiis & erroribus Scholarium in hoc Tractatu breviter agere, publice utile eſſe judicavimus. Qverelæ de iis multæ & magnæ paſſim exſtant, cumqve corruptiſſimum ac depravatiſſimum ſit præſens ſeculum, corruptiſſimos etiam juventutis Scholaſticæ mores nobis attulit. Speramus autem Scholares ſi non omnes, aliqvos tamen, lectione hujus libelli ſedulâ permotos ad meliorem frugem redituros eſſe, qvod ut fiat, divinæ gratiæ virtutem eis adprecamur. Junximus huic Tractatui diſcurſum brevem *de vitiis ac erroribus nonnullorum juventutis ſcholaſticæ moderatorum*; qvæ omnia ut benivolus Lector æqvi boniqve conſulere velit, rogamus. Dab. Rudelſtaſtii, die XV. Decembr. qvi erat qvinqvageſimus Natalis noſter. Ann. 1678.

INDEX CAPITUM TRACT. I.

Cap. 1. Neglectum veræ, pietatis ſtudium.
Cap. 2. Perverſus ſtudiorum ſcopus.
Cap. 3. Librorum lectionis prohibitæ lectio.
Cap. 4. Noxia curioſitas.
Cap. 5. Bonorum librorum contemtus.
Cap. 6. Philavtia & inanis præſumtio ſcientiæ.
Cap. 7. Prava aliorum ſcripta perſtringendi libido.
Cap. 8. Temeraria ſtudiorum mutatio & deſertio.
Cap. 9. Graduum Academicorum temeraria redemtio.
Cap. 10. Præfeſtina officii publici captatio.
Cap. 11. Otium & ſegnities.
Cap. 12. Temeraria violatio juramenti Academici.
Cap. 13. Profeſſorum contemtus.

Cap. 14. Nocturnæ discursationes & clamores.
Cap. 15. Licentia Academica.
Cap. 16. Rixandi & duellandi libido.
Cap. 17. Vigilum ac præsidiariorum exagitatio.
Cap. 18. Pennalismus.
Cap. 19. Aliorum commilitonum contemtus.
Cap. 20. Prava Conversatio.
Cap. 21. Insana helluandi libido..
Cap. 22. Armor. indecens gestatio & sclopetor. explosio.
Cap. 23. Lucrosi chartarum & aleæ ludi.
Cap. 24. Luxus vestium.
Cap. 25. Profana in diebus sacris studia.

INDEX CAPITUM TRACT. II.

Cap. 1. Negligentior cultura pietatis.
Cap. 2. A vero studior. scopo ad carnales fines abductio.
Cap. 3. Gentilium librorum incauta lectio.
Cap. 4. Negligens capitum pietatis tractatio.
Cap. 5. Negligentia.
Cap. 6. Methodi docendi à Scholarchis præscriptæ & mandatorum observandorum neglectio.
Cap. 7. Memoriæ discentium perniciosa lectionum multiplicatio.
Cap. 8. Alieni laboris pro suo venditatio.
Cap. 9. Tardiorum & simpliciorum discipulorum irrisio & contemtus.
Cap. 10. Negligentior pauperum discipulorum cura & informatio.
Cap. 11. Nimia disciplinæ lenitas.
Cap. 12. Nimius rigor disciplinæ scholasticæ.
Cap. 13. Nimiæ aut falsæ laudationes discipulorum.
Cap. 14. Mutua Præceptorum discordia.
Cap. 15. Accidentalium novorum introductio & consvetorum extensio.

IN NOMINE JESU!

De

VITIIS ET ERRORIBUS SCHOLARIUM

CAPUT I.

Neglectum pietatis veræ studium.

I.

OMnis doctrina est demptâ pietate venenum:

Ita vulgò & rectè dicitur. Qvo enim qvæqve disciplina sanctior, hoc fit perniciosior, si contigerit improbo, ipse gentilis *Epictetus* fatetur. Rectè qvis dixerit, qvòd doctrina sine pietate sit veluti gladius in manibus furiosi. Certe tam necessaria homini literato ad vitam beatam vera pietas, qvàm panis qvotidianus ad vitam corporalem. Scientia ac sapientia omnis humana pietate destituta, mera vanitas est & stultitia; Inter σκύβαλα, rejectamenta, paleas & qvisqvilias eam referimus. Qvid, qvod scientia virtute & probitate destituta nunqvam fuerit stabilis &

diuturna, ſed breviſſimam utplurimum habuerit vitam, in ipſis vivendi exordiis ſuffocata. Licet qvidam indolem habuerint ad literas planè factam, brevi tamen diſparuere, cùm vitiis irrepentibus mentes atqve ingenia eorundem corrupta & depravata fuisſent. D. Spizel. *de vitiis literat. comm. 1. pag. 198.*

II.

Ah! utinam Scholaribus perſvaderi poſſet, qvam inæſtimabilis gemma, qvam pretioſa margarita, qvam magnus theſaurus ſit PIETAS! Utinam illi egregia illa pietatis encomia, qvæ Spiritus S. in verbo ſuo producit, ſæpius in mentem revocarent, ac tenaciſſimè ei imprimerent! Non poſſumus non ex elogiis illis qvædam hic adponere: *Qvam magnus, qvi invenit ſapientiam & ſcientiam! Sed non eſt ſuper timentem Deum: timor Dei ſuper omnia ſe ſuperpoſuit: qvi tenet illam, cui aſſimilabitur?* (Eccleſ. 25. v. 13. ſeq.) *Principes qvidem in magno honore, ſed non tanti ſunt, qvantus ille, qvi Dominum timet. Nihil melius eſt, qvàm timor Dei, & nihil dulcius, qvàm reſpicere in mandatis Domini.* (Eccleſ. 22. v. 37.) *Dilectio Dei honorabilis ſapientia* (Eccl. 1. v. 14.) *Spiritus timentium Deum qværitur, & in reſpectu ejus benedicetur. Timentis Dominum beata eſt anima ejus, ad qvem reſpicit, & qvis eſt fortitudo ejus?* (Eccleſ. 34. v. 14. ſeqq.) *Magnum lucrum* (μέγας πόρισμος) ait S. Apoſtolus, *pro-*

promissionem habet hujus & futuræ vitæ. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum (Roman. 8.)

Tanta certè elogia nec habet, nec unqvam merebitur ſapientia humana, licet Ariſtotelicâ vel Ciceronianâ major & perfectior ſit, qvando ſola eſt, nec pietatem comitem habet. *Vide ſis Conſult. noſtr. de promov. pietatis ſtudio in ſcholis.* Familiam igitur ducat & principem ſuo jure occupet locum *pietas*, qvæ abſolvitur ſeriis ad Deum fuſis precibus, tùm etiam vitæ integritate & ſanctimonia, qvam proram ac puppim omnis ſalutis agnoſcere fas eſt. Dürrius *in Conſil. de ritè & prudent. inſtit. ſtud. p. 5.*

III.

Dolendum autem, hodiè à multis ſcholaribus hæc atqve alia pietatis elogia adeò vilipendi, ut libertate Academicâ abutentes, de re nullâ minùs ſoliciti ſint, qvàm de ſerio pietatis ſtudio. Rari ſunt, qvi Danielis alumni Regii præclaram pietatem ſectari velint. (Dan. 1.) Wo finden wir ietzo ſolche Studenten (ait Dillherr. *νῦν μακαρίτης*, Propheten-Schul p. 29.) wie Daniel und ſeine Geſellen in der Gottesfurcht geweſen? anders als auff Academien? Cacodæmonien wirſtu ſagen wollen. Denn was wider groſſer Herren und Stände Meynung / und wider derer erſte Stifftung / durch des Teuffels Anſtifftung / und teuffliſcher Böſzwichter getreuen

Beystand/ manche/ **nicht aber Alle/** Universitäten nunmehr worden seyn / bezeugen ihre hin und her angeschlagene Edicta und Verbot. Wo ist Danielis Gottesfurcht? Mässigkeit? Emsigkeit? Demuth? Wie viel Studenten bekümmern sich wol darumb? aber mit ihrer höchsten Schande / Schaden und Verderben. Solche tolle Männer (ait Mengeringus *Scrutin. Consc. c. 10. quæst. 97.*) und wilde Hummeln machen Universitäten einen bösen Nahmen/und dahero kömmts/**daß solche herrliche und löbliche hohe Schulen in bösen Ruff und Nachrede bey denen kommen / die das Kind mit dem Bade auswerffen / id est, GOttes Gabe und Mißbrauch nicht unterscheiden können und wollen;** Zugeschweigen nun dieser und aller anderer Aergernüssen / so sollen die jenigen aus GOttes Wort erinnert seyn/ daß sie auch ein Gewissen/ und GOtt im Himmel zum Richter ihres Beginnens haben. Viel solcher Leute (pergit idem *Scrut. Consc. c. 5. q. 9.*) die eher aus einem Poëten, Oratore, und Philosopho, als Virgilio, Cicerone, Aristotele &c. einem locum, Spruch/ und notabile dictum allegiren können/und in derselben Büchern fertiger/bekanter/und kundiger seyn/ als in der liebẽ Bibel. Darum auch Pindari odas höher halten/als Davidis Psalmos; und Senecæ epistolas in Gedanckẽ und Munde eher führen/ als Epistol. Pauli: Da sie hergegẽ in Gottes

tes Wort und Biblischen Text gar jejuni, hospites, und unbewandert seyn. Erubescat superbus, ait August. *in l. Spec. pecc. c. 6.* & infelix peccator, & timeat elatione cœcatus, irâ inflammatus, impatientiæ vitio fœdatus, scientiâ inflatus, *cui plus placet ars Aristotelis, qvàm scientia de Apostolis*, plus codex Platonis, qvàm liber divinus; qvem nulla lectio lætificat, nulla scientia ædificat, nullus sermo sapit, nisi fuerit *Grammaticè* conceptus, *Dialecticè* imaginatus, *Rhetoricè* purpuratus. Stultus es, qvi hæc ignoras, & erras: qvoniam qvi talia agunt & in talibus dies suos consumunt, peccatum sibi generant, & mortem parant, qvia ex simili studio similem concipiunt scientiam, h. e. folia colligunt, non fructus, subaudi verba, non virtutes. Gravissima sunt verba D. Danh. *lact. Catech. part. 8. p. 212. & seq.* qvæ non possumus non afferre. Die Furcht GOttes (ait ille) solte der Weißheit Anfang seyn / das Haupt oder Haupt-Zweck / das Fac totum; Sie solte vor den Studiis vorher gehen / als Hertzogin / oder Fürstinne / das Ziel und Zweck seyn / so wird dieselbe aus der Acht gelassen / und denen sonst guten ingeniis die Kunst als ein scharff Messer in die Hand gegeben / damit sie gleich den unvorsichtigen Kindern sich und andere verwunden. Was sind unsere Studenten meistentheils als mundiales, Jünger des Welt-Geistes / der des höllischen Geistes Bruder ist?

Welt-aber nicht GOttes-gelehrte Leute/fleischliche Welt-aber nicht geistliche Christi Jünger/ Syncretisten/ Gallionisten/ Statisten/ Atheisten und böse Christen/ Welt-Kinder/ ja offt Belials-Kinder und Jünger sind sie. **Denn der Christi Geist nicht hat/ der ist nicht sein/** Rom. 8, 9. Wer nach dem Fleisch lebet/ der muß (verstehe) des ewigen Todes sterben. Judas Gesellen sind es/ die in der heiligen Tauffe Christo ihrem Herrn treu und hold zu seyn gelobt/ ihm allein anzuhangen/ zufolgen/ in Lieb und Leiden/ Demuth und Sanfftmuth von ihme zu lernen/ ihr Fleisch zu creutzigen samt den Lüsten und Begierden; Aber kommen die Jahre des Verstandes/ der Wille wird frey gelassen/ so giebts zeitlich abtrünnige Mammelucken/ die Christum verrathen/ verkauffen und verlassen/ mit der Welt unten und oben liegen rc. Hæc ille. Vid. etiam Meyfart. Tr. von heutigen Zustand der Schulen. D. Speneri *pia desideria p. 126. & seqq.* Optandum sanè esset, in Academiis, consilio qvorundam optimorum Theologorum, qvos adduximus in libello, von Christschuldiger Erbauung des Nechsten/ durch erbauliche Gespräche/ *cap. ult.* Collegia & exercitia pietatis cum Scholaribus, cumprimis Theologiæ deditis, institui, nulli dubitamus per ea in pietatis studio Scholares magna incrementa capturos. Redarguenda enim hæc plurimorum supina negligentia, qvi cum in a-

liis

liis omnibus, qvæ ad hanc vitam ſpectant, perdiſcendis ſatis ſint induſtrii: ad cognoſcenda cœleſtia nunqvam ferè animum adjiciunt. Et hanc inſitam animis noſtris ignaviam auget ſathanas, objectis impedimentis aut cupiditatibus terrenis. Rungius *in Exod. p. 86.*

IV.

Hortamur & obſecramus vos, ô juvenes, bonarum artium ſtudioſi, ut ante omnia veræ pietatis ſtudioſi eſſe velitis, ita prima veſtra cura ſit, Deum habere propitium. Habebitis autem propitium, ſi ſincero corde eum timebitis, inqve viis & mandatis ejus ſanctiſſimis ambulabitis, per gratiam Sp. S. mala prudenter fugiendo, bona alacriter faciendo. Nunqvam non cogitate, qvanta ſit veræ pietatis præ literarum ſcientia dignitas & excellentia. Cogitate nunqvam Vos in ſtudiis veſtris animo tranqvillo eſſe poſſe, niſi pietatem ſedulo ſectemini. *Timor enim Domini*, ait ſapiens, *gloria & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. Timor Domini delectabit cor & dabit lætitiam & gaudium, & longitudinem dierum. Timenti Dominum benè erit in extremis, & in die defunctionis ſuæ benedicetur. Timor Domini corona ſapientiæ. Timor Domini ſcientiæ religioſitas. Religioſitas cuſtodiet & juſtificabit cor, jucunditatem atq; gaudium dabit.* Perſvaſum vobis ſit nunqvam, vos in tota vita veſtra felices fore, niſi pietatem

eruditioni ſociaveritis. Qvomodo autem pietatem colere debeatis, Vos ſacræ literæ, cumprimis Apoſtolicæ Novi Teſtamenti, *qvas nocturnâ verſate manu, verſate diurnâ*, uberrime docebunt. His jungi poſſunt ſpiritu plena noſtratium Theologorum ſcripta tam latina, qvam germanica, ut Lutheri, Selnecceri, Gerhardi, Arndii, Lutkemañi, Mulleri, Geieri, Scriverii, & aliorum ſelectiora practica. Tandem Vobis lubentes communicamus leges, alumnis Schvvartzburgicis ad Academias transeuntibus præſcribi ſolitas.

LEGES MORUM.

Dieweil ſowohl das Stifften / alß das Erhalten und Austheilen der Stipendien zu Erlangung ſolcher Leute fürnemlich gemeinet iſt / die das Chriſtenthum recht verſtehen und andern recht / und alſo unzertrennlich mit Worten und Exempeln lehren können / alß ſollen Stipendiaten nicht nur gelehrt / ſondern auch und für allen Dingen Gottfürchtig zuwerden und zubleiben ſich alles Ernſtes befleißigen.

II. Welches geſchehen wird / wenn Sie 1. die täglich fürkommende impedimenta, entweder aus dem Wege reumen / oder doch unanſtößig fürbeygehen. 2. Zum Chriſtenthume dienliche adminicula zur Hand nehmen / und zugleich 3. allerhand Chriſtliche inner- und euſerliche exercitia anſtellen.

III. Die führnehmsten impedimenta, welche gewiß von eigener Ehre/Liebe und Willen/ auch Freundschafft und Gleichstellung der Welt/so doch allessamt ist eine Feindschafft wider GOTT/herrühret/seynd wohl vornehmlichen :

1. Aus Unbedachtsamkeit und Sicherheit keinen Gött- oder Geistlichen Zweck ihm vorstellen/noch umb heilsame media sich bekümmern.
2. Wegen Liebe zum Müßiggange Fleiß scheuen.
3. Unerbauliche Gesellschafft/ insonderheit unnöthige Gemeinschafft cum sexu seqviore.
4. Irrdische Wollust und Freude/ zumahl der Säufferey/ Kleider-Thorheit und ander hoffärtiges Wesen.
5. Zanck und Balgerey.

IV. Die Adminicula sind :

1. Allezeit eingedenck seyn/ der gewissen Allgegenwart des himlischen Hertzenkundigers.
2. Eyfriges Gebet und Seufftzen nach Göttlicher Gnade und Segen zum studiren/ nach Lust und Eyfer zur Gottesfurcht/ nach geistlichen Wachsthum.
3. Fleißige Lesung der heiligen Schrifft und anderer erbaulichen guten Bücher.
4. Offtmahliche würdige Niessung des heiligen Abendmahls.

5. Em-

5. Emsige Betrachtung himmlischer Dinge/ darunter der qvatuor novissimorum.
6. Tägliche Widerholung und Erneuerung des guten Fürsatzes im Hertzen.
7. Erbauliche Christliche Gespräche von GOtt und seinem Wort.
8. Auffrichtige Prüfung des Gewissens.
9. Stetswehrender Kampff wider den Satan/ Welt und Fleisch/ zumahl dieses Zehmung und Beteubung.

V. Die Christliche Exercitia seynd zweyerley 1. Innerliche/ 2. Euserliche.

VI. Die innerlichen seynd fürnehmlich:

1. Sich befleißigen den alten Menschen ie mehr und mehr auszuziehen/ der Welt absterben/ sich selbst verleugnen/ das Fleisch samt den bösen Lüsten zu creutzigen/ einfallende untüchtige Gedancken ungeseumet zudempffen/ hingegen den neuē Menschen anzuziehen/ Christi Geist und Sinn zuhaben und von demselben sich regiren und treiben lassen.
2. Der Einwohnung GOttes sich stets erinnern und demnach offt gedencken/ nach allen Kräfften ehrerbietig gegen diesen hochheiligen Gast sich zuerweisen.
3. An GOtt seine höchste Lust und über seiner alle Morgen/ ja alle Augenblick/ neue Güte sich inniglich freuen.
4. Alles zu GOttes Ehren fürnehmen.
5. Vestes vertrauen/ daß der gerechte und güti-

gütige Wille unsers GOttes gewiß zu eines ieden Gläubigen Besten gereiche/ demnach nur bitten und wollen/ was GOTT will/ darein sich gantz ergeben und mit aller etwan vorstossender Annehmlig- oder Widerwertigkeit/ wohl zu frieden seyn.

6. Des HErrn Christi/ seiner Aposteln und anderer wahren Christē Leben und Wandel offt anschauen/ mit dem ernsten Fürsatz/ solchen / zumahl des HErrn Christi/ Exempel eyferich nachzufolgen und gleich zuwerden.

VII. Die euserlichen Exercitia sind fürnemlich:

1. Mit Willen nichts reden und thun/ daß GOtt zuwider und dem Nechsten schädlich ist. Was aber GOtt gefällig und dem Nechsten ersprießlich/ gerne dencken/ reden und thun.

2. Den Christlichen Tugenden eyferich nachstreben und alle Gelegenheiten / dadurch eine und die andere unter denselben kan practiciret werdē/ genau in acht nehmen.

3. Eine special- und sonderliche Ubung einer und anderer Tugend anstellen / und zwar also/ daß man auff einmahl eine Tugend alleine auff eine Zeitlang für die Hand nehme und derselben sich befleißige/ e. g. daß ein Christl. Studiosus einen Monat / ja zum Anfange gleich nur einen halben/ oder gantzen Tag lang sich versuchte

alles zur Ehre GOttes zu thun und zulassen/alle Dinge in und aus Liebe zuverrichten/wie solche Zeit über / mit allem / was der Wille GOttes vor Glück und Unglück mitbringen würde / er gantz einig und zufrieden seyn könte / wie demütig/ wie gehorsam/wie geduldig in aller Dürftigkeit / Verachtung der Welt und andern Creutz er sich erweisen könte.

4. Zuweiln ein Christliches Gebetlein concipiren oder ein Caput Christianismi elaboriren.

5. Keinen vermögenden Fleiß sparen / auch andern solchen Christlichen Grund beyzubringen/und dadurch so viel an ihm/das Reich GOttes erweitern helffen.

CAPUT II.

Perversus studiorum scopus.

I.

COmmunis est Scholarium error, qvòd discendis literis sese totos addicant, non ut primariò ac principaliter qværant, ac promoveant gloriam Dei, ac salutem proximi, sed ut aut honores, aut opes in hac vita conseqvantur, machen also aus dem studiren eine Handthierung. Certè omnia, adeò & literarum studia, ad gloriam Dei dirigenda. *Qvæcunqꝫ facitis*, ait S. Apostolus (1. Cor. 10. 31.) *omnia in gloriam DEI facite:* Maledicta

omnia

omnia studia atque opera hominum, quæ ad hunc scopum & finem non collimant. Ut salus publica suprema lex, ita Dei gloria suprema actionum humanarum regula. Das studiren und lernen (ait D. Lenz. *quondam Cancellarius Swartzburgicus* b. m. quem in supra laudata Consultatione adduximus) muß eben sowohl aus dem lebendigen Glauben an Christum/ und der Liebe GOttes und des Nechsten geschehen und gehen / auch dadurch dieser gestalt gezielet werden auff die Heiligung und Ehre des Nahmens GOttes / Such- und Förderung seines Reichs / und dann nechst desselben gnugsamer Erforschung/ **auff fröliche Vollbringung des heiligen Willens GOttes/** mit nichten aber **auff eigene falsche Liebe/ grossen Ruhm und Ehre vor der Welt/ Gunst/ Beförderung / Gewalt / zeitliches Reichthum** / und dergleichen irrdische und vergängliche Dinge/ sintemahl was keinen rechten Christlichen/ sondern irrigen und schädlichen Zweck vor sich hat/ gewiß unchristlich seyn muß. &c. Idem inculcat Mengeringus *Scrut. Conscientiæ cap. 5. q. 102.* cujus verba hæc sunt: Studenten fragen sich / ob sie ihr Studiren in der H. Schrifft und Theologi zu GOttes Ehre/ und Erbauung der Christl. Kirchen gerichtet / oder auch in andern facultäten/ zu des Nechsten Dienst und Wolfart/ oder ob sie viel mehr und am meisten auff eigene Ehre / guten Unterhalt/ ansehnlichen Sold und Reichthum

zuer-

zuerlangen/gesehen? Es frage sich hier ein jeder/ob er mit dem Propheten Jeremia aus reinen und richtigen Hertzen sprechen könne: Ich habe Menschen-Tage nicht begehret/ das weisestu. Jer. 17. 16. Certè! qvicunq; Scholares unicè studiorum suorum, ac totius vitæ scopum, *Dei gloriam*, ex sincero corde sibi proponunt, ii, licet sint pauperrimæ sortis, semper læti vivere, ac divinam gratiam ac benedictionem sibi promittere possunt.

CAPUT III.

Librorum lectionis probibitæ lectio.

I.

CORruptissimo, omniumq; calamitosissimo hoc seculo proh dolor! ferè omnes anguli libris improbatæ vel damnatæ lectionis pleni sunt, qvos multi Scholarium in Academiis cum summa delectatione ac studio legere solent. Ejusmodi librorum catalogum generalem videsis in *Tract. nostr. de Typographis & bibliopol. Dissert. 1. c. 5.* Tales sunt libri fatidici, magici, atheistici, seditiosi, famosi, scurriles, amatorii, futiles ac inutiles, & si qvi alii hujus generis, qvorum lectio periculosa, scandalosa, corrumpendisq; bonis moribus inserviens. vid. D. Keyser. *in epistola de Atheismo* & D. Spizel. *de vitiis literator.* Ab ejusmodi scriptis maximè sibi cavere debent Scholares, ne eorum lectione in eis latens venenum imbibentes, serò nimis temerita-

ritatem suam deplorare necesse habeant. O qvam multa adolescentum ingenia hactenus per libros malos atqve magistros corrupta ac perdita sunt! Deplorat Ecclesia, deplorat Politia isthanc ingeniorum perditionem, ac deploratura est, si qva futura, posteritas. Abjiciant igitur Scholares libros omnes, qvotqvot inutilibus & offendiculi plenis studiis potius qvàm veræ pietati serviunt. Audiant benè monentem Mengeringium, qvi in *Scrutin. Consc. c. 5. q. 9. & 101.* in hanc rem ita scribit: Studenten fragen ihr Gewissen/ob sie Schrifften und Bücher von fürwitzigen und verbotenen Künsten und Mitteln/Liebe/Gunst/Kunst/Guth/Muth/Schönheit ꝛc. zuerlangen/ geliebt/gelesen/ gelobt und gebraucht. Wir setzen darumb diese Gewissens-Frage sub titulo Scholarium, weil dergleichen am meisten unter denselben vorlauffen/und gehöret werden/als sonderlich Fürsten-Schulen unterschiedliche Exempla gegeben haben/daß mancher Knabe mit solchen Büchern und Künsten betreten worden/ wiewohl auch andere hierunter ihr Gewissen zuprüfen und zubefragen haben: Ingleichen fragen sie sich/ob sie gifftiger und von der gantzen Christl. Kirchen verworffener und verdamter Ketzer/ als der Photinianer/Arrianer und anderer Majestät-Lästerer Schrifften und Bücher/gelesen zu solchen Ende und der Meynung/ daß sie ihren Fürwitz büßẽ/erwehnter Ketzer subtile und spitz-

fin-

findige Verdrehungen der Schrifft und Glaubens-Articul wohl fassen und begreiffen / dieselbe zum Schein übriger und sonderlicher Klugheit gegen andere vorbringen / vertheidigen / auch die Einfältigen damit verstricken / irre machen und ärgern wollen? Diß ist unter manchen leichtsinnigen jungen Blut auff Universitäten gemein / die ein Eckel haben vor unser seits Theologorum heilsamen und Lehrreichen Schrifften / als wenn sie zu simpel / alber und schlecht weren / und dargegen gaffen sie auff solcher schädlicher Ketzer commenten, subtiliteten und vermeinte Meister-Griffe / kützeln und tragen sich damit als mit sondern grossen Heiligthum / darüber dann offt GOtt Hand abzeucht / und solche Neu- und Klüglinge schrecklich aus gerechten Gerichte und Urtheil fallen lässet. Legant igitur Scholares libros, ex qvorum lectione Ecclesiam, Rempublicam propriamq; salutem ædificare possunt. Add. Consultatio nostra de promovenda pietate in Scholis. §. 15.

CAPUT IV.

Noxia curiositas.

MUlti Scholarium magis delectantur lectione curiosorum librorum, qvàm sacrarum literarum, vel optimorum auctorum Das Buch ist curieus zu lesen sprechen sie / gedencken aber nicht / ob es zulesen nöthig oder nützlich.

nützlich. Qvàm noxia autem literatîs sit curiositas nimia, qvæ scilicet experiendi noscendiqꝫ libidine committitur, pluribus docuit D. Spizelius *libro de vitiis literatorum comment. 9.* Ejusmodi superflua cura, & appetitus inordinatus ea cognoscendi, qvæ vel inutilia, vel humano captui minimè adcommodata, parit multa & magna mala, cumprimis turpem singularitatis affectionem, &non raró *scepticismum*, sæpè cum periculo fidei religionisqve temeratæ conjunctum. Sæpius pestiferæ curiositatis, qvæ magnorum ingeniorum labes, adminiculo dæmon doctissimis etiam hominibus veritatis eripuit decus, fidei religionisqve maculavit integritatem, pudoris abstulit verecundiam, & qvidqvid pii ingenuiqve ex divino fervore superfuit, exibilavit, suffocavit, ac nefandâ adeò incredulitate commutavit, ut nulli amplius autoritati, nulli antiqvitati, nulli apparentiæ, immò vix apodixi ulli fidem curiosi isti literatores adhibere voluerint. Spizel. *d. tr. comm. 1. §. 5.* add. Dissert. nostr. *de vitiis Erudit. cap. de nimia curiositate.* Aureum sanè illud Augustini dictum, qvod nunqvam non Studiosis inculcandum: *Melior est fidelis ignorantia, qvam temeraria scientia.* Semper mente teneant Scholares illud Bernhardi, *Serm. 16. in Cantic.* *Sunt*, qvi scire volunt eo fine tantùm ut sciant, & turpis curiositas est: *Sunt*, qvi scire volunt, ut scienti-

am suam vendant. & turpis qvæstus est: & *sunt*, qvi scire volunt, ut sciantur ipsi, & turpis vanitas est: Sed *sunt* qvoqve, qvi scire volunt, ut ædificent, & charitas est; & *sunt*, qvi scire volunt, ut ædificentur, & prudentia est.

CAPUT V.

Bonorum librorum contemtus.

NOn novum, rarum, aut inauditum hodiè est in Academiis, Scholares optimos libros non tantùm contemnere, verùm etiam nonnunqvam eos commilitonibus suis suspectos reddere. Sic in vicina Academia qvadam superioribus annis non nemo fuit, qvi commilitoni suo svasit, ne legat Arndii libros de Christianismo, & Lutkemanni librum, cui titulus, Vorschmack Göttl. Güte; redditâ ratione, qvòd lectio librorum istorum lectorem reddat melancholicum. Egregia scilicet ratio, si credere fas est! Invidiæ speciem, & falsi testimonii genus hoc esse, ait Mengering. *in Scrut. Consc. c. 12. qv. 77.* verba ejus hæc sunt: Es gehet unter Studenten und Gelehrten offtmahls also her/ wenn ein ander ihres Raths/ Berichtes und Urtheils von diesem oder jenem Buche und Scribenten begehret/ was an ihm zuthun. O sprechen sie/ es ist des Geldes nicht werth/ sind schlechte Sachen/ Mühe und Zeit ist

ist nicht darauff zuwenden / und wissen also manch herrlich und nützlich Buch zuverachten und zuvernichten / als untüchtig und schlecht auszuruffen / andere damit abzuschrecken / daß sie es sollen ungekaufft und ungelesen lassen / damit sie also solches Buch allein gebrauchen und nützen möchten ꝛc. Magna etiam temeritas est qvorundam Scholarium, qvòd præcipitanter magnorum ac doctissimorum virorum scripta arrodere ac refutare audeant, aliqvam eruditionis famam ex ejusmodi immaturis conatibus captantes, cum tamen potius ob insignem temeritatem apud viros doctos justam reprehensionem incurrant. *vid. Parænesis nostra, de cavendâ in refut. alior. scriptorum acerbitate &c.*

CAPUT VI.

Philavtia & inanis præsumtio scientiæ.

PHilavtiæ vitio plerumqve laborant Scholares, magnam eruditionem ac scientiam præ aliis, etiam Præceptoribus suis inaniter præsumentes; jam Magistri, jam Doctores sunt, cùm tamen vix principia doctrinarum hauserint. Qvi v. g. in Theologiam, Jurisprudentiam, Medicinam vel Philosophiam vix per transennam inspexerunt, tanto repente fastu & opinione scientiæ turgere ac tumere incipiunt, ut penè rum-

patur venter eorum, qvemadmodum de Elihu apud Jobum legitur. *Job. 33.* adeoqve cæteros facile omnes præ ſe deſpiciunt. Sed efficit hæc *αὐτπάδεια*, ut nunqvam ad ſolidam cognitionem diſciplinarum perveniant. Tales ſcioli ſuam & arrogantiam, & ſtultitiam produnt. Qvia, qvamprimum aliqvid garrire didicerunt, de *Concreto* vel *Abſtracto*, & unum atqve alterum *axioma* recitare norunt, tunc haut aliter inde ſeſe efferunt, ac ſi (ut non nemo loqvitur) *Conſtantinopolin* expugnaſſent, aut ſtaturæ ſuæ palmam integram vel etiam oblongum cubitum adjeciſſent. De his ita ſcribit laudatus Mengeringius. *Scrutin. Conſc. c. 8. qv. 58.* Die jungen Studenten auff Univerſitäten laſſen ſich den Laßdünckel ſtechen/und viel klůger/geſchickter und beleſener důncken / als die Profeſſores ſeyn/ſie wiſſen viel artiger die argumenta zu ſetzen / die objectiones zu ſolviren/zu diſtingviren / zu ſtyliſiren / peroriren ꝛc. und gehet wie Menander beym Plutarcho ſaget: Complures ſcilicet eſſe, qvi Athenas navigent Philoſophiæ gratia, qvi primum ſapientes, deinde ſapientiæ amantes ſeu Philoſophos, ac mox Rhetores, neqve ita multò poſt idiotas, rerumqꝫ omnium ignaros ſeſe appellent, oder wie Capnio gar hőfflich hat pflegen zu ſagen: primo anno novitioli ſciunt dijudicare omnes controverſias, ſecundo incipiunt dubitare, tertio vident, ſe

nihil

nihil ſcire, & tunc primùm incipiunt diſcere. Multi ſanè ad ſapientiam perveniſſent, niſi jam ad eam ſe perveniſſe putaſſent. Scholares ſemper cogitent illud Philoſophi: *Hoc unum ſcio, me nihil ſcire;* Et illud Hippocratis: βί@ βραχὺς, τέχνη μακρά: Item illud vulgatum: *Qvantum eſt, qvod ignoramus!*

CAPUT VII.

Prava aliorum ſcripta & lucubrationes perſtringendi libido.

INvidiæ qvædam ſpecies, vel ex cœca Philavtia oritur vulgaris illa, aliorum ſcripta, qvaliacunqve fuerint, exagitandi, vel perſtringendi libido, de qva juſtè conqveritur Mengeringius *Scrutin. Conſc. cap. 12. qvæſt. 3.* Ubi inter alia ita ſcribit: Hoc ſæpenumerò contingit in Academiis inter literatos, da von leichtſinnigen und ariſtarchiſchen Bürſchlein des Nechſten theſes, phraſes, orationes und diſputationes zum hefftigſten und ärgeſten ausſcaliret/ ſcholiret und durchgezogen werden/ und pflegt man alſo aliorum dedecore & infamiâ propriam zu ſuchen. Aber ſolte das auch Sünde ſeyn? Lieber/biſtu geſchickter und gelehrter/ denn ein ander/ laß dirs bekommen; Kanſtu füglicher und klüger reden und ſchreiben/und auff gut Scaligeriſch de ſubtilitate diſputiren, lieber / warum wolſtu dei-

nen Mit-Studiosum, welcher de simplici & plano, seine meditationes und theses anstellet und formiret / deswegen exagitiren und schimpffen? Da muß bißweilen umb eines Wörtleins willen der Nechste verzauset / bacchantiret und ausgeeselt werden / daß Schande und Sünde ist. Solte denn auch solches mit guten Gewissen geschehen können? Oder haben die Herrn Studiosi und Magistri artium kein Gewissen zu reguliren und zuverantworten? Sæpius cum maximo tædio in actibus disputatoriis ejusmodi exagitationes audivimus, qvæ Respondenti ruborem incussere, & auditores ad cachinnum movenunt. Certè res minimè probanda. Nolumus hic repetere, qvæ de hoc vitio antehac in Parænesi, *de cavenda & fugienda in refutandis* aliorum scriptis acerbitate & λοιδορίᾳ. scripsimus. Cui addatur Dissertatio nostra de vitiis eruditorum. & Spizelius *Tr. de vitiis literatorum.* Qvi mediocritatis suæ conscii & imperfectionis humanæ memores, pessimum hunc morem detestantur.

CAPUT VIII.

Temeraria studiorum mutatio & desertio.

SCholares ad Academiam devenientes sæpè nesciunt, cui studio sese mancipare velint, mox Theologicum, mox Juridicum, vel

aliud

aliud eligunt, & per aliqvot annos fluctuantes, confuse ac tumultuariè, sine certo scopo literas tractant. Multum autem interest, Scholarem prævio ingenii sui scrutinio, præfixum studiorum habere scopum. Testatur namqve experientia, multos à vero scopo aberrantes nimium serò cœpti studii Theologici, Juridici, vel Medici pœnituisse. Cumprimis hæc Scholarium levitas reprehensionem incurrit, qvando temerè, sine consilii maturitate, ab unâ Facultate ad alteram provolant, modò Theologiæ, modò Jurisprudentiæ Studiosos se venditantes. Qvi semel studio Theologico se consecrant, illi ex sententia D. Mengeringii, malè agunt. Is in Scrutinio Conscient. *cap. 7. qvæst. 71.* ita scribit: Ein Studiosus oder Literatus unus vel alter bedencke und prüfe sich/ob er anfangs sein Hertz/Gemüth und Gedancken auff die Theologiam gewendet/und GOTT dem HErrn bey seiner Kirchen einmahl seyn Pfund anzulegen sich vorgenommen/ hernachmahls aber mit Demas die Welt lieb gewonnen/ und sich auff die Juristerey/ oder andere der Welt mehr gefällige Studien geleget? Solcher Exempel hat es viel zu aller Zeit gegeben / und wird von manchem vor keine Sünde gehalten/ offtmahls den Damen zugefallen / die keinen Pfaffen haben wollen ꝛc. Superioribus annis in Academia Salana commilitonem habuimus, qvi propter mutatum studium

Theologicum cum Juridico, per longum tempus graves tentationes ſuſtinuit, tandem optimorum virorum conſilio ab eis liberatus. Es können aber doch je zuweilen erhebliche und tringende Urſachen einfallen / daß ein oder der andere / ſo ſich dem ſtudio ſacro vel Theologico ergeben / ſolches zuverlaſſen / und in Politiſchen Stand und profeſſion zutreten befugt ſeyn möge. Poſſunt relevantes cauſæ incidere, ſcribit Oſiander, *Cent. 5. Hiſt. Eccleſ. pag. 356.* ut perſona Eccleſiaſtico miniſterio deputata ad civile vitæ genus rectè transferatur. Aber es müſſen auch die cauſæ mutandi ſtatus recht relevantes ſeyn / denn ſonſten heiſt es erſtlich mit ihnen / wie Chriſtus ſaget Luc. 9. verſ. 62. Wer ſeine Hand an den Pflug leget / und ſiehet zurück / der iſt nicht geſchickt zum Reich GOttes. 2. Es wird an ihnen erfüllet die Klage Pauli 1. Tim. 4, 10. Demas hat mich verlaſſen / und dieſe Welt lieb gewonnen. 3. Und es gehet ihnen auch hernach / wie die Erfahrung bezeuget. Sunt verba laudati Theologi, *in informatorio Conſcientiæ ad Domin. 1. Epiphan. qvæſt. 5.* qvæ etiam adduximus in Tractatu *de Stipendiis & Stipendiat. Scholar.*

Adhuc gravius peccant illi Scholares, qvi cùm feliciter in ſtadio literarum ad tempus decurrerint, poſtea temerè reſiliunt, vel ob retardatam promotionem, aliamve ob cauſam minùs probabilem, ex impatientia

cœ-

cœpta ſtudia planè deſerunt, & parentum & amicorum dehortationem ſpernentes in militiam abeunt, als deſperati davon lauffen/ in Krieg ziehen/ qvemadmodum bellicoſo hoc tempore exempla plura vidimus & audivimus.

CAPUT IX.

Graduum Academicorum temerariæ redemtio.

CErtè laudatiſſimo conſilio inter literatos introductum fuit, illis, qvi egregios in ſtudiis fecére progreſſus, ſvaſi petant, attribuere prœmia, eosdemqve certis honorum gradibus exornare. Limn. *de jur. publ. lib. 8. c. 8. n. 1.* Sunt enim, aut deberent eſſe gradus iſti publica eruditionis & donorum divinitus conceſſorum teſtimonia. Gerhard. *de Miniſt. Eccl. §. 137.* Qvam variè autem hic peccetur, notorium, & jam olim à multis cenſoriâ notatum virgulâ.

Dignus & indignus pariter nunc ambit honores,
Atq; ablativus caſus utrumq; beat.

Promotio ad gradus nonnunqvam fit per corruptelam, ac imperfectum ſcientiæ ſupplet pecuniarum perfectio. Joh. Andr. *in Clem. 2. de Magiſtr.* Utinam verò, ait Limn. *cit. loc.* noſtri ubiqve Candidati, non argento ſed ſcientiâ inſtructi dignitatum gradus

sectarentur! Manche suchen den gradum, tantum ut titulum adseqvantur, parum soliciti, qvâ veritate. Alstedius *Theol pag. 93.* Num Magisterii insignia, vel literas commendatitias redemerit, qvo fraudem parentibus aut promotoribus suis faceret. D. Mengering. *Scrutin. Consc. c. 12. qvæst. 90.* ubi ait: Studenten und Canditaten fragen sich/ ob sie gradum Magisterii, Licentiam &c. ambiren, petiren und suchen wollen/ da sie doch in ihren Hertzen und Gewissen/ wegen allzuseuchter erudition und Wissenschafft selbiger incapabel und unfähig gewesen? Hieher gehöret Joh. Valent. Andreæ Erinnerung/ *in Alethea Exul.* Moministi, me temeritatem iis exprobrasse, qvi omnium artium peritiam magno aliqvo M. profitentur, veluti si qvis se pharmacopœum, pictorem, sculptorem, horologiopœum, aurifabrum &c. magna confidentia venditet, ipse sartor, & artium illarum penitissimè rudis. Cumqve de substantia Doctoris promovendi sit scientia, secundum Glossam *in c. 2. Clem. de Magistris.* Graviter peccat accipiens indignè gradum Doctoratus. Fœrster. *Tract. de interpret. jur. præfat. n. 9.* Add. Auctor. judicii Theolog. *super pia desideria D. Speneri pag. 265. & seq.* Fugiendæ igitur illicitæ dignitatum Academicarum redemtiones, qvippe qvæ non tàm impetrantibus ignominiosæ sed & multis modis, experientia teste, damnosæ esse solent.

Vi-

Vidimus, qvos immerentes ſerio pœnituit, honorum titulos præcipitanter petiiſſe.

CAPUT X.

Præfeſtina officii publici captatio.

MUlti hodiè Scholares reperiuntur, qvi cùm vix unum atqve alterum annum in Academia transegerint, & doctrinarum principia ſaltim deguſtarint, anxii promotionem qværunt, minimè perpendendes, an etiam ad hoc vel illud munus in Eccleſia vel Rep. ſatis idonei ſint. Cumprimis autem juniores, Theologiæ ſtudio dediti, ad munus paſtorale nimium properare ſolent, & cruda vel ſemicocta ſtudia Eccleſiæ obtrudere non verentur. De his inter alia ita ſcribit D. Danhauer. *lact. Catechet. part. 9. pag. 108.* Was wollen wir ſagen von denen αὐτοκλήτοις, die ſich vor tüchtig halten / durch allerhand Dieteriche und Diebs-Schlüſſel eindringen / einkünſteln / wenn ſie einmahl oder zwey auff dem heiſſen Höltzlein geſtanden / und als Comödianten nicht ihre eigene / ſondern fremde Perſonen agiret; Wenn ſie durch ihr gut Mundwerck favorem vulgi, und des Pöbels Zeige-Finger gewonnen / hic eſt! **Das iſt der Herr / der ſo wohl predigen kan.** Wollen ehrliche redliche Pfarr-Werber und ſtudioſi dieſen Nahmen als Schandflecken nicht auff

auff sich haben und tragen / so seyn sie bey Zeiten gesinnet / wie JEsus Christus auch war / Phil. 2. Ob er wohl mit herrlichen unermäßlichen Gaben / Verstand und Weißheit gezieret / doch wartet er der Zeit in Demuth: Es sind die Thüren zum Schaff-Stall gemeiniglich niedrig und eng / wer hinein will / der muß sich tieff bücken und schmiegen / neigen und beugen / nicht in Neid / Haß / Zanck / Zorn / Eyfer ein und andern vertragen / sondern der Demuth / sonderlich der Furcht GOttes sich befleißigen / und durch wüst / unordentlich und ärgerlich Leben und Wandel / die Thür und Paß nicht selbst verschlagen: Muß man gleich lange warten / biß ins dreyßigste Jahr seines Alters / es ist doch noch keiner dahinten blieben. Ejusmodi currentes notat etiam D. Mengering, qui *in Scrutin. Consc. cap. 19. qvæst. 3*, ita scribit: Es solten manche Studenten auff Universitäten frühzeitig bedencken / damit sie ihren Studieren einẽ grössern und bessern Ernst seyn liessen / denn viel dencken / **wenn sie nur Predigten nachschreiben / Postillen lesen / und auswendig lernen / und ein Sermönlein hermachen können** / so sey es genung / sie wollen wohl einmahl eine Pfarre bekommen / sehen die Bibel wenig / selten oder wohl gar nicht an / haben die Bibel wohl nicht einmahl durchlesẽ / wissen keinẽ Spruch richtig zu citiren, keine definitionem Theologicam, wissen nicht wo die zehen Gebot in der Bibel stehen. Siehe / so seyn diese

Ge-

Gesellen in der heiligen Schrifft bewandert/ zugeschweigen/ daß sie könten Grund geben der Hoffnung und der Lehre/ die sie predigen wollen/noch wollen sie Pfarr-Amt und Seelen-Pflege haben. Aber warumb es solchen Gesellen zuthun / ist leichtlich zuerrathen. Aber schämen solten sie sich/und ja wohl ihr Hertz und Gewissen prüfen/daß sie GOtt nicht äffen/und die liebe Kirche damit bethören und vertriegen. Denn daher kömmts denn hernach/daß so viel ungeschickte ärgerliche Fälle und Fehler vorlauffen und erfahren werden / daß asinus ad lyram, grobe ungeschickte Esel und Bengel zu Pfarr-Diensten sich einparthieret und practiciret haben/die nicht einen Löffel zu solchen heiligen Amt waschen können. Ut sæpè fit hodie.

Si qvis verò Scholaris promotionem diu expectare cogatur, is audiat bene monentem Meisnerum, qvi *in schola Babylonica §. 90.* ita scribit: Non deerit promotio,ait, modò studiosi eam patienti animo expectent. Qvi maturè promoventur, Dei bonitatem agnoscant, & qvod ætati deest,diligentiâ compensent. Qvi verò tardius promoventur,non murmurent, ut qvandoqve fieri solet, nec animũ dejiciant, si Mœcenatibus credat, sed patienter dico, expectent, optimus promotor Deus est. Veniet qvo cum Daniele ex angulo & pulvere protrahentur, ubi minimè speraverint. Interim diligenter laborent, fideliter orent,

&

& Deo cætera committant. Differtur namqve multorum promotio, ut illorum fides, & ſpes exploretur, diſcantqve in Deum magis confidere qvam in hominibus. 2. Ut conditionem impetratam eò firmius retineant, nec facile immutent. 3. Ut magis præparentur ad ardua, & experientiam ulteriorem contrahant. Hat alſo GOTT ſeine Urſachen/ warumb er einen länger als den andern auff der Expectanz-Banck ſitzen läſſet.

CAPUT XI.

Otium & ſegnities.

SCholaribus convenit Spartam, qvam nacti ſunt, diligenter ornare, & ante omnia literis debitam navare operam. Illi enim demum privilegiis Academicis digni, qvi non nominè tantum, ſed & re ſtudioſi ſunt. Cauſæ namqve privilegiorum ſunt ſtudia. *Auth. Habita Cod. ne filius pro pater: verb. qvi amore ſcientiæ exules facti, de divitibus pauperes, ſemetipſos exinaniunt, vitam ſuam multis periculis exponunt.* Qvàm iniqvè verò multi Scholares in Academiis temporis uſuram collocent, experientia docet, Non pauci ſæviunt in annos ſuos, veluti tyranni, ſic vivunt, ac ſi ad perdendum tempus conducti eſſent. Eos freqventes videas in foro, in vicis, & plateis, in tabernis, in theatris, ra-

ri

ri autem ſunt in lectionibus, diſputationibus, collegiis publicis atqve privatis. Si viſitabis eorum muſea, vix unum atqve alterum librum, ſed clauſum, vel pulvere plenum reperies, oculis autem tuis fiſtulæ tabaci, aleæ, chartæ luſoriæ, capacia vitra, inſtrumenta militaria & alia, ſcholaſtico ordini minimè convenientia objiciuntur. O qvanta ſeqvetur olim pœnitentia, ſed nimis ſera! qvàm deflebunt hanc temporis jacturam, ingeminantes illud:

O mihi præteritos referat ſi Jupiter annos!

Sed fruſtra erit, ſi tùm vel tonnam auri exponerent pro una horula, mercari non poterunt. Et jam adeò petulanter negligunt: Libet fabulari, dicunt, ludere, potare, *donec hora prætereat*; Hora, qvam tibi ad faciendum officium miſeratio Conditoris indulſerat. Bernhardus *in Sermone ad Scholaſticos*, qvem adducit Meiſnerus *in ſchola Babylonis part. 4. §. 81.*

Agite igitur ô dilecti juvenes, adferte ad Academiam diſcendi cupiditatem, & φιλομαθείαν, qvæ totum animat ſtudiorum curſum, & labores ſummâ frangit pertinaciâ. Limn. *de Jur. publ. lib. 8. c. 6. n. 25.* Ἐὰν γὰρ ἔσῃ φιλομαθὴς, ἔσῃ καὶ πολυμαθής; *Si diſcendi cupiditate flagrabis multa diſces*, ait Iſocrates. Cogitate ſemper illud *DIC, CUR HIC.* Cogitate qvod πολυτελέστατον ἀνάλωμα χρόνος: *Pretioſiſſima jactura temporis.* Nihil ne-

necessarium, nihil fructuosum magis, qvàm temporis observatio: in omnibus si liberales simus, in tempore tamen nos parcos esse convenit. Add. Tract. nostr. *de stipendiis & stipendiatis scholar. cap. 8. n. 35. & seqq.* Memores esto illius Ciceroniani, *lib. 1. Off.* Cum Athenas, tanqvam ad mercaturã bonarum artium profectus sis, inanem te rediisse, turpe est. Cogitate, qvod aliqvando vobis DEO reddenda sit ratio de jactura temporis, & pecuniæ à parentibus & patronis vobis ad studia suppeditatæ. Excitent vos ad solertiam & debitam industriam eorum exempla, qvi cùm rudes, exhaustis sæpe patrimonii viribus, in patriam redierint, sæpe ignominiose, non sine conscientiæ vulnere in paupertate vivere, vel ex desperatione in militiam abire coacti fuerint. Illi verò qvi diligenter literis incumbunt, monentur, ut fugiant immodicas lucubrationes, ne, ut nonnunqvam fieri solet, jacturam sanitatis patiantur, & sese ad officia in Ecclesia vel Republ. finito studiorum cursu, obeunda, inutiles & incapaces reddant. *Amant alterna Camœnæ, & qvod caret alterna reqvie durabile non est.* Hoc salutare consilium qvi spernunt & per immodicos labores & vigilias morbum vel mortem sibi accelerant, sciant, se tàm contra Deum, qvam Rempubl. cui nati & educati, peccare. Est qvidem in studiis, (ait Alex Eichettus *in arcana studior. methodo,*

cap.

cap. 6. citatus D. Spizelio *de vitiis literator. comment. 9.)* literarum ingluvies & avaritia qvæ nocet animo non concoqventi, ſicut cibus avidius injectus ſtomacho. Ne mihi ſis helluo librorum, ſed amicus; Modus adhibendus eſt, qvi rebus omnibus eſt ſalutaris. Arcus & fides muſicæ nimiâ intenſione franguntur, remiſſione durant; ferrum uſu probo ſplendeſcit, improbo hebetatur & frangitur. Nullis magis impendi decet artem tuendæ valetudinis, qvàm literatis, nulli enim mortalium eam utiliùs impendunt.

CAPUT XII.

Temeraria violatio juramenti Academici.

MOribus receptum, ut Studioſi, qvorum nomina Albo ſeu matriculæ Civium Academicorum inſeruntur, coram Rectore ſolenniter jurent, ſe legibus ac ſtatutis Academicis obtemperare velle. In Academiis Electoralibus Saxonicis, Lipſiæ & Wittebergæ, formula talis eſt: Ich N. N. ſchwere/ daß Ich Euch dieſes halben Jahres Rectori, und allen Euren nachkommenden Rectoren, in allen Sachen/darinnen ich ſolches thun kan und ſoll/ ſo lange ich mich ſtudirens halber in dieſer Universität enthalten werde/ Gehorſam

leisten will. Zum andern/daß ich mich solcher Zeit über/ den Statuten und Satzungen der Universität/ so itzo allbereit gemacht / oder künfftig rechtmäßiger weise gemacht werden/ mit Fleiß gemäß verhalten will. Zum dritten/ daß ich das Unrecht/ so mir begegnet/ weder durch mich selbst/ noch durch iemand anders/ vorsetzlich rechen/sondern deßwegen des Rectoris Hülffe ersuchen will. Zum 4. wenn mir durch den Rector ein Arrest angekündiget wird/ so will ich aus solchen Arrest nicht ziehen/ noch meine Händel und Geräthe daraus entwenden. Zum 5. wenn es sich begäbe/ daß ich einer Verbrechung halber/ welches doch GOtt verhüte/ relegirt oder von dieser Universität/ oder Communion der Studenten gäntzlich ausgeschlossen würde/ daß ich alsdenn/ auff den eben mir hierzu angesetzten Tag aus der Stadt ziehen will. Als mir GOtt helffe.

II.

Qvicunqve igitur Scholares Magistratui Academico obedientiam jurarunt, eam autem debitè præstare nolunt, illi graviter peccant, imò eos perjurii gravissimum crimen incurrere, apertè scribit Limneus *de jure publ. lib. 8. c. 6. n. 44. in fin.* allegans Mancinum, *de juram. p. 1. qv. 10. n. 1.* Benckendorf. *ad Seraphin. Tr. de privil. juram.* 174. & Mengeringius *Scrut. Consc. c. 6. qv. 79.* ubi notabiliter ait: Studenten fragen sich/ob sie auch den/bey ihres studii immatriculation fürgelegten

legten und abgeforderten Eyd/und Universität-Pflicht mit GOttesfurcht und Andacht abgeleget/und bey ihrem studio Academico für Augen gehabt/denselben in allen und ieden ihren Thun und Lassen treulich und ohne Falsch nachgesetzet und Folge geleistet? Ach leider! wie werden solche Studenten-Eyde von manchen liederlichen Bürschlein vor ein lauter Affen-Werck/Kinder-Spiel/ fulgur ex pelvi, inanis & ridicula ceremonia, gehalten/ da doch Studenten eben sowohl durch solche Eydes-Formuln in ihren Gewissen schuldig und bündig werden/ dem also nachzukommen/ und zugehorsamen/ was Rector & Senatus Academicus, und die Statuta Academica besagen und befehlen/ als Bürger auff ihr Gewissen schuldig seyn/ dem Bürgerlichen Eyd treulich nachzusetzen. O wie viel aber gehen aushin/ treiben allerley Frevel und Muthwillen/ mit agiren und tollisiren/ auff Gassen und Strassen mit Pennal-vexiren/ Fenster auswerffen/ Balgereyen und andern Unthaten/ übertreten und violiren alle statuta, Warnung und Verbot/schmähen/schänden und lästern darzu auff Professores und Præceptores, und machen sich gleichwohl kein Gewissen drüber/daß sie hierunter/als **Eydvergessene/ Pflichtbrüchige** domini gehandelt/und derowegen allen solchen groben excess, neben dem Magistratu Academico, auch/und zwar zuförderst dem lieben GOtt abzubitten/und denselben umb Gnade

und Vergebung solches gebrochenen Studenten-Eydes anzuruffen haben solten ꝛc. Aber es ist gleichwohl vor GOTTES Augen kein Schertz und Kinder-Spiel mit solchen Eyden/ der es auch offtmahls an solchen Personen hernacher zu anthen und rächen pfleget/ die bey erlangten Stande und Ehren-Amte der verübten Büberey und Frevels auff Universitäten längst vergessend worden/und weiß man nicht/ woher bißweilen mancher Verdrieß/Beschwerde/ Hertzeleid/ Schimpff und Schande an Kindern und andern herrühret/ **GOtt kan einem Studenten auch wohl eine Schuld eine gute Zeit lange borgen**/ wie die exempla bezeugen/ darumb sich ein jeder ja wohl zu hüten/ und sein Gewissen hierunter zuprüfen hat. Kein Zweiffel ists/sagt Balduin. Conc. 5. in Johann. daß diß Ita me DEUS adjuvet! manchen den Fluch in sein Studier-Stüblein/und künfftig in seine Haußhaltung bringe. Eqvidem Carpzovii Fratres Dissert. Inaugurali de Regal. th. 38. Melanchthonem in Eth. allegantes scribunt: Qvemadmodum, qvi alias jurat, se legibus obtemperaturum, & non obtemperat, non est perjurus, modo qvoad pœnam obedire non recuset: ita studiosus, qvi noctu in plateis tumultuatur, non est perjurus, si postea à Rectore citatus in pœnam obtemperaverit: qvia juramentum obligat vel ad obedientiam vel ad pœnam. Sed rectissime ad hunc

præ-

prætextum respondet laudatus Limneus, hoc absurdum inde seqvi cujuslibet hoc modo jurantis in potestate esse, legibus pro lubitu obtemperare, vel à legum observatione sese eximere. Sed non ita est, leges etiam illæ, in qvas non juravimus, *præcise* nos obligant ad obedientiam, l. 2. de leg. Wesenb. in parat. de leg. n. 7. ad pœnam verò demum *sub conditione ea*; si legibus non satisfecerimus. Studiosus ergo qvi Juramentum Academicum præstitit, eidem si non satisfaciat, apertissimè perjurus existit, qvia non servavit ea, qvæ se servaturum juramento promiserat, nec pœnam sustinendo, aut mulctam persolvendo, perjurium effugit. Caveant ergo Scholares à temeraria violentia juramenti, qvod Academiæ Rectori tempore receptionis præstitêre, ac summopere studeant, omnia, qvæ in eo continentur, per Spiritus S. gratiam & adsistentiam, qvantum in ipsis est, observare, ne divina in studiis benedictione sese indignos reddant, & aliqvando morituri gravissimos conscientiæ morsus pati cogantur.

CAPUT XIII.

Professorum contemtus.

QVod gentilis JCtus Ulpianus, *in l. liberto ff. de obseqv. parentibus ac patrono præ-*

ſtandis, ait: *Liberto ac filio ſemper honeſta, & ſancta perſona Patris ac Patroni videri debet*: id meritò etiam de *Præceptoribus* dicitur, eorum perſonas Scholaribus ſemper ſanctas & honeſtas videri debere. Agnovit id Rex Magnus Alexander, qvi de Ariſtotele, Præceptore ſuo, dixiſſe fertur, *ſe plùs ei debere, qvam Philippo parenti.*; ille enim, *ait*, ut eſſem, hic autem ut præclarè inſtitutus eſſem, autor fuit. Notum etiam illud: *DEO, Parentibus & Præceptoribus non poſſe reddi æqvivalens.* Graviſſimè igitur peccant Scholares, qvi contra pietatem ac gratitudinis officium, velut ingrati cuculi, Præceptores ſuos, vel contemnunt, vel conviciis proſcindunt, vel in ædibus eos noctu ac interdiu variis modis inſectantes ad iram commovent, eisq́ nonnunqvam lacrymas & gemitus extorqvent. Experientia docet, tales homines raro in vita ac officio felices fuiſſe; Studenten auff Univerſitäten (ait Mengering. *Scrutinio Conſcien. cap. 8. qv. 55.*) ſollen ſich gegen dem Magiſtratui Academico, und den Profeſſoribus, ſo zu lehren und zu hören verordnet ſind / ehrerbietig / gehorſam und danckbar erzeigen. Wie es aber bisweilen dazugehe / und manch leichtſinniges Bürſchlein ſolche Præceptores Academicos achte und tractire, giebt die Erfahrung. Aber wiſſen ſollen ſie / daß ſie damit ihr Gewiſſen nicht wenig verſehren und beſchweren / und GOtt dafür Rede und Antwort zu-

geben haben/obs gleich die unbesonnene Jugend nicht dencken und achten thut. Semper igitur Scholaribus *pietatis ratio* (ut loqvitur JCtus in *l.1. pr. de obseqv. Parent. & Patron. præstand.*) in Præceptores constet, ne contravenientes divinâ in studiis benedictione se indignos reddant. Præceptorem (ait Comen. *in præcept. mor. cap. 9. §. 5.*) ne unqvam offendas, aut contristes, cave. Immorigerum enim esse Magistro & parentibus, Esaviticum qvid est: ludibria insuper exhibere, Chamiticum flagitium, maledictione DEI puniendum.

CAPUT XIV.

Nocturnæ discursationes & clamores.

IN nonnullis Germaniæ Academiis freqventes sunt Scholarium nocturnæ discursationes, cum horrendo plerumqve & barbaro boatu ac vociferatione, & gladiorum fremitu, nonnunqvam etiam oppugnatione ædium, ac fenestrarum nece conjunctæ. Ejusmodi noctambulones qvi nocturno tempore freqventius discurrunt, similes stellis *acronychè* orientibus, & *cosmicè* occidentibus. Limneus *de jur. publ. lib. 8. cap. 6. n. 108.* Eunt cubitum mane, sole oriente, de nocte oriuntur. Sunt autem planetæ retrogradi, plus deficiunt qvàm proficiunt.

ciunt. Sciant autem Scholares, qvod ejusmodi nocturnis discursationibus, clamoribus atqve grassationibus Deum ac homines graviter offendant, & contra τὸ πρέπον ac honestatem Musarum agant. Audiant Theologum Hallensem, D. Mengeringium, *Scrutin. Consc. cap. 10. qv. 97.* ubi ita scribit: Scholares und Studenten fragen ihr Gewissen/ob sie auff Universitäten und Gymnasiis, da weniger Zwang/und mehr Freyheit ist/ an stat eines eingezogenen stillen Lebens und Christlichen Wandels grassaten und gassaten gangen/ mit Geschrey und Plöcken/Jauchtzen und Tumultuiren sich ungeberdig gestellet/als wenn sie unsinnig werden wolten? Damit machen solche Tollmänner und wilde Hummeln Universitäten einen bösen Nahmen; Sie sollen aber aus GOttes Wort erinnert seyn/daß sie auch ein Gewissen/ und GOtt zum Richter im Himmel ihres Beginnens haben. Qvomodo stabunt ex studiosis & discipulis isti, qvi Præceptoribus immorigeri juventutis florem, ingenii & memoriæ vigorem, mentis aciem, crapula, ebrietate, comessatione, heluatione, impuritate miserè perdiderunt, & vitam ac tempus, ut cum Chrysostomo loqvamur, ad clamores, perturbationes, obscœna verba, contentiones impenderunt? Videatur Dietericus *Anal. Dom. part. 2. pag. 289.* Balduin. von den Gassaten-Brüdern zu Gibea/ *Conc. 87. in loc. judic.* à Mengeringio citati.

II.

II.

Contra nocturnos vociferatores ac tumultuantes Scholares ſuperioribus annis Senatus Academicus Jenenſis edictum publicavit, quod hujus eſt tenoris:

PRORECTOR ACADEMIÆ JENENSIS, JOHANNES MAJOR, SS. Theologiæ Doctor, & cæteri Profeſſores, L. S.

SI cauſas malorum, qvibus cum in hac vita mortali confligandum, qværere velimus: non opus eſt ut ad ſeqvelas illas neceſſarias Chryſippi, qvibus de *Gellius lib. 6. c. 1.* & ad debilitatem Naturæ, qvæ optima qvæq; paritura mala ſimul agnata, & iis, qvæ faciebat cohærentia, produxerit, confugiamus (qvàm enim hæc ficta ſint & fabuloſa, nemo cordatiorum eſt, qvi non intelligat) ſed potius ſacris è literis, qvæ malorum origo ſit, qvod caput, qvæ radix, diſcere & facilimè poſſumus & ſtudiosè debemus: Illæ verò demonſtrant, omnia mala, qvorum πλείη γαῖα, πλείη θάλασσα, non aliunde, qvàm à furore Diabolorum & à peccatis hominum, à qvibus ultio divina non abeſſe poteſt, certò proficiſci. Et hoc qvidem ipſum nemini obſcurum eſſe poterit, ſi per præcipuas vitæ humanæ partes ire li-

libeat. DEUS inter nos Miniſterio verbi colligit Eccleſiam, & Doctrinæ cœleſtis ſementem faciens illi congregationi piorum ἀλήθειαν καὶ ὁμόνοιαν, qvantum in ipſo ſitum, impertitur, adeò qvidem: ut de ſucceſſu felici, & meſſe uberrimâ dubitare nemo poſſit. At verò hominibus dormientibus hoſtis ille DEI, & generis humani zizania, lolium, lappas, tribulos, & alias herbas inutiles ſerit, qvibus bona pars ſegetis melioris opprimitur & ſuffocatur. DEUS conſtituit Imperia & Reſpublicas, easqve legibus honeſtis alligat, omni virtutum genere roborat, Viris præſtantiſſimis donat, &, ad ſummam, σώμασι καὶ χρήμασι auget, conſtabilit, amplificat. Mox adeſt ille genius ἀλιτήριος, qvi huic communioni κόρον τρυφὴν & ὕβριν immittit, leges in contemtum vocat, magiſtratuum & ſubditorum animos diſtrahit, diſcordiis & bellis inteſtinis omnia turbat, nec ante conqvieſcit, qvàm ipſa tandem πανωλεθρία ſubſeqvatur. Oeconomias è ſocietate γαμικῇ, πατρικῇ & δεσποτικῇ, coaleſcere facit Deus, & affatim omni bonorum genere cumulat. At verò juratus ille pacis & concordiæ inimicus pomum Eridos hoc in κοινόβιον ſubindè projicit, & ſuis efficit artibus, ut omnis benevolentia & fides, qvæ marito & uxori, Parentibus & liberis, Dominis & ſervis intercedit, preſſum eat, & vinum hoc tàm generoſum acer-

cerrimum in acetum non rarò degeneret. Deus ſcholas aperiri curat, ut ſint παιδευτήρια ſapientiæ, virtutis & eloqventiæ, ſeminaria Eccleſiæ, firmamenta Reipublicæ, & præſidia omnis vitæ, & ita qvidem inſtar, habeant alvearium, in qvibus mellificium DEO gratum & generi humano ſalutare exerceatur. Hîc verò rex ille muſcarum ſuî minimè obliviſcitur, ſed abuſus annis & ætate ſcholaſticorum hæc in apiaria ignavos fucos, & crabones improbos, ut alia mala taceamus, immittit, qvi interturbans omnes docentium ac diſcentium opellas, & qvidqvid bonæ frugis ſperatur, intervertunt. Hîc verò procul ut abeamus & exempla, trans vel Alpina vel Rhenana colligamus, non opus eſt: cum hanc fundi literarii calamitatem Academia noſtra, ſi unqvam aliàs, certè hoc ipſo tempore experiatur. Poſt diſſipationem annorum ſuperiorum, DEI beneficio, reſpirare feliciter jam incipit: numerus Docentium plenè jam reſtitutus eſt; ex omni Germaniâ paſſim ad nos confluunt adoleſcentuli, & juvenes lectiſſimi: fervet opus, redolentqve thymo fragrantia mella. Hanc εὐσχημοσύνην ferre poteſt Spiritus ille mendax & homicida, ſed per qvosdam pſeudoſcholaſticos turbis & clamoribus nocturnis, qvi barritum elephantis & latratus canum longè ſuperant, tùm verò jactibus lapidum & oppugnationibus ædi-

di-

dium, & deniqve ronchis, ſannis, ludibriis & conviciis, qvæ noſtrates *Actiones* vocant, ſingulis propè noctibus in viis publicis debacchantes, Academiæ noſtræ tantũ apud exteros labis aſpergit: ut nuper admodum viri magni nominis, cum hâc tranſirent, & Muſicam noſtram Bæoticam, & aſinina τερετίσματα noctu audirent, non ſine offenſione & indignatione maximâ hæc in verba eruperint: ſe putaſſe Academiam Jenenſem omnis pietatis & bonarum artium eſſe ſedem & domicilium: jam verò re ipſa deprehendere, nihil aliud hanc Salanam eſſe, qvam ſpeluncam Latronum, neqve ſe qvenqvam ſuorum ad nos miſſuros ulterius, & alios inſuper, hoc qvi facere velint, prohibituros. Hic nimirum eſt honor ille, qvem filii degeneres ſcholæ noſtræ, qvam matrem habent fidiſſimam, deferri curant. Qvin etiam hi νυκτικόρακες, & tenebriones benè rem ſe gerere exiſtimant, aut certè, ſi peccent, leviculum & jocularium hoc eſſe erratum. Dignos eſſe Pices (ſic enim cives oppidanos vocant, cũ tamen ipſorum pleriqve ejusmodi Pices habeant parentes, avos, proavos, majores, cognatos & affines) qvi hunc ad modum tractentur. Illos pulſare ſtudioſorum famulos: (ſacroſanctum verò & inviolabile genus hominum) illos merces absq; numis petentibus fidem non habere, nec qvidem credere: illos prætereun-

untes lotio perfundere: (fictum & veternosum mendacium) illos gradum affectantes ad filias excludere: illos ad occursum honestorum Studiosorum caput non aperire: illos olim aliqvot scholasticos in vincula duxisse: illos splendore vestitus & sumtuum magnificentiâ ordinem nostrum, qvi tamen multò superior sit, exæqvare velle. Hæc omnia vel pura puta figmenta sunt, vel, si qvid interdum offensionis utrinqve nasceretur, illud ad Magistratus erat deferendum, qvi suo officio minimè erant defuturi. Hoc verò longè certissimum est: has turbas & actiones nocturnas esse sentinam qvandam & lernam omnium propè flagitiorum. Ubi Dei & verbi divini contemtus? ubi diræ & horrendæ blasphemiæ? Apud hos histriones nocturnos. Ubi legum vilitas, odium Magistratus, Præceptorum illusio & subsannatio? Apud hos Thrasones nocturnos. Ubi infirmatio propriæ valetudinis & alienæ afflictio? ubi senum, puerperarum, infantium & ægrotantium qvotidianæ carnificinæ? Apud hos Stentores nocturnos. Ubi luxus, ingluvies, ebrietas, ructus, vomitus, sordes & spurcissimæ libidines? Apud hos capros nocturnos. Ubi furta, non modò rerum alienarum, qvæ utcunq; tolerari poterant, sed ipsius qvoq; famæ, dignitatis, & existimationis? Apud hos Antolycos nocturnos. Ubi plaustra & navi-

gia mendaciorum, calumniarum, & omnis maledicentiæ, qvibus viri, matronæ, & virgines honestissimæ collutulantur? Apud hos Cretenses nocturnos. Ubi forica qvædam & latrina, in qvam omnia flagitia, omnes sordes, omne cœnum, omnia inqvinamenta & excrementa defluunt? Apud hos Grunnios, & Corocottas nocturnos. Inprimis autem apud illos, qvi tàm liberè famam & honorem alienum morsibus virulentissimis impetunt, & bonis viris id eripere conantur, qvod restituere nunqvam possunt. Ut igitur huic tanto malo eatur obviam, & ut hæc detergatur macula: Studiosæ juventuti significamus: Magistratum scholasticum, sicut & oppidanum (neq; dubitamus, qvin Illustrissimorum Principum nostrorum auctoritas nobis auxilio sit futura) deinceps unicè daturum operam: ut hæ tandem capiantur bestiæ, & laqveis legum nostrarum irretitæ justas facinorum suorum pœnas exolvant. Neq; rationes nobis deerunt hujus capturæ, licèt hi Andabatæ ignem spirent, & extrema qvæq; minitentur. Simul etiam omnes Academiæ nostræ cives, qvi Studiosos vel inqvilinos & domesticos habent, vel convictores, etiam atq; etiam admonitos volumus: primo qvidem, ut adolescentulos suæ fidei commissos à tam nefariis conatibus, summo, qvo fieri potest, opere avocare & abstrahere conentur. Deinde, ut nocturno tem-

tempore fores occludant ſuas, ne vel exitus, vel ingreſſus, qvod maximum diſciplinæ noſtræ impedimentum fuit hactenus, intempeſtâ nocte cuiqvam pateat. Deniq; ut parcius cereviſiam & vinum iis ſubminiſtrent, & eò qvidem tempore finem faciant, qvod reliqvis hoſpitibus præſtitutum eſſe ſcimus. Tandem verò ſtudioſam juventutem & hortamur & rogamus; ut ſecum aliqvando cogitent, qvantum impietatis & malitiæ diſcurſationes illæ & turbæ nocturnæ complectantur, qvod citra negotium videre poterunt, ſi legis divinæ ſingulas qvaſi capſulas aperiant, & hæc tàm egregia Turbonum noſtrorum facinora cum iis conferant. Tum verò, ut certo ſibi perſvadeant eos, qvi hujus culpæ ſint affines, hanc improbitatem impunè non laturos, ſed DEO & Magiſtratui daturos eſſe pœnas graviſſimas, qvæ qvò differuntur longius, eò triſtiores & funeſtiores olim futuræ ſunt. Scimus qvas latebras illi turbarum auctores qværant. Scimus qvâ arte perficere qveant, ut ipſi voluntatis ſuæ executores neſciant: ſed interim & hoc ſcimus, Deum & Magiſtratum hos Cerberos in lucem certò eſſe protracturos. Morigeris omnem benevolentiam, amorem, & honorem deferimus. Infectis hâc lue meliorem mentem ex animo precamur nihil ad πάλαγμα τῶ ſalu-

saluberrima reliqvum facturi. Refractariis autem & immedicabilibus lugubrem, & verè tragicam hujus vitæ tam malitiosæ catastrophen, nisi resipiscant, prædicimus. Sub finem & hoc denuò repetendum, qvod jam dictum & scriptum sæpissimè. Plurimi degunt in Academiâ nostrâ, & Studiosorum gaudent Privilegiis, qvi tamen sua nomina apud Magistratum scholasticum non profitentur, neqve nostras in leges jurant. Eos jam iteratò monemus, ut prodeant in lucem, & reliqvis scholasticis se adscribi patiantur, qvod nisi maturè fiat, nostrum illud statutum, qvod hoc genus hominum ultra triduum non fert, executioni mandare cogemur. P. P. die 10. Octobr. A. O. R. 1613.

Aliud contra Bacchanalia Sacra studiosorum ab eodem Senatu anno X. hujus Seculi prodiit.

PRORECTOR, & SENATUS ACADEMIÆ JENENSIS, L. S. P.

QVo amore & benevolentiâ qvibusqve studiis, laboribus, & beneficiis Serenissimus & Potentissimus Princeps ac Domi-

minus D. CHRISIANUS II. Dux & Elector Saxoniæ &c. Dominus noster clementissimus bonas literulas, qvæ multis à Domitianis hactenus proscriptæ fuere, complectatur: inprimis verò, qvàm propensa nostram in Academiam ipsius Celsitudinis voluntas sit & benignitas, ut hoc intra qvinqvennium tutelaris administrationis variis, minimeqve fallentibus proditum fuit indiciis: Ita maximè in hac recenti seu lustratione, seu censura, qvam nostra, nec illa qvidem invita subiit Academia, patefactum est. Ut enim tineæ vestibus innascuntur, teredines ligna sensim derodunt, ærugo ferrum absumit: ita qvaslibet & leges & Respublicas, etiamsi satis vigilantes sint magistratus, nec rebelles subditi, varia incommoda latenter invadunt, & nisi maturè nascentibus malis occurratur, labefactant, convellunt, evertunt. Hanc ipsam ob causam Princeps optimus, qvi amore, curâ, & solicitudine verè parens est subditorum, ad nos ablegavit Magnificos, Amplissimos, & Præstantissimos Viros, D. ELIAM FOERSTERUM, U. J. D. Cancellarium Saxonicum Altenburgi, Comitemqve Palatinum Cæsareum: & D. SAMUELEM GECHUSIUM, itidem U. J. D. & Consiliarium Saxonicum Vinariæ, qvi qvasi lustrum nobiscum conderent, & exercitum Scholasticum recenserent. Hi verò Legati fide integerrimâ, gravitate de-

corâ & ſingulari humanitate perſonam ſibi impoſitam ita ſuſtinuerunt, & eâ prudentiâ ſuo munere perfuncti ſunt: ut qvæ inexplicabilia videbantur, non difficulter expedierint, jacentia excitarint, diſperſa collegerint, confuſa digeſſerint, luxuriantia compoſuerint, & ea ſtudioſè procurarint omnia, qvæ Electori Celſiſſimo auctoritatem & gloriam, ſibi ipſis gratiam & exiſtimationem præclaram, Academiæ ſtabilitatem, Docentibus benevolentiam, & Diſcentibus utilitatem certiſſimam conciliare poſſent. Inter alia verò malorum ἀντιφάρμακα, qvæ monſtrarunt, diſciplinæ ſcholaſticæ, qvam fama publica ſic ſatis nobiſcum laxatam eſſe, non tàm Magiſtratuum negligentiâ, qvàm ſubditorum petulantiâ, nunciarat, medendum, & rectè qvidem cohortationum aſſiduitate, legum obſervantiâ, integritate executionis, & pœnarum gravitate cenſuerunt. Utinam verò nobis facultatem illam ordinis ſcholaſtici innocentia permiſiſſet, ut conſtanter prædicare potuiſſemus, vanos & fictos illos fuiſſe rumuſculos, qvi de nobis hinc inde ſparſi fuerunt: ſed aliud fateri nos ipſa coëgit veritas, qvæ ſubinde nobis in aurem illud Poëtæ inſuſurravit: pudet hæc opprobria nobis & dici potuiſſe, & non potuiſſe refelli. Qvot enim intra non multos annos cædes nobiſcum patratæ ſint, & qvoties humani ſangvinis propè rivuli fluxerint, qvî-

nam dissimulare, & silentio premere possumus? nec ad hunc usqve diẽ debacchationes nocturnæ, & tumultus ac clamores, qvos verè asininos dixeris, planè conqvieverunt. Bacchanaliorũ verò, qvæ nuper admodum præteriêre, qvis est, qvi sine ingenti dolore & indignatione recordari possit? Ea, qvæ tùm ad prohibendam illorum intemperiem studiosæ juventuti edixeramus, plurimum qvidem habitura ponderis, & propter ipsius rei æqvitatem, & propter auctoritatem Illustrissimorum Principum, qvi jam præsentes coràm vident, & audiunt omnia, persvasum habebamus; verum hanc spem & confidentiam turpiter fefellerunt (de bonis hæc indicta volumus) homines impii & conscelerati, effrenes & libidinosi, turpes & obscœni, sues lutulenti, capri olidi, canes impudentes, & asini monstrosi, qvos nec DEI majestas & ira, nec Illustrissimorum Principum reverentia, neqve legum & Magistratus observantia, neqve pœnarum certitudo & atrocitas, neqve tot clarissimorum virorum & juvenum optimorum hoc in oppido conspectus, neqve pudor sexus muliebris, nec ætatis tenellæ offensio cohibere potuerunt, qvò minus Lupercorum similes palàm in viis publicis, mediâ luce, per aliqvot dies, inspectante omni populo, dubio procul inter agmina diabolorum circumvolitantium & exultantium, ingemiscente piorum in

animis Spiritu Sancto, conatu his qvidem in locis hactenus inaudito, nefandum illum & spurcissimum hortorum custodem apud veteres repræsentarent, & Ithyphallica sacra (nec enim nisi nuptis verbis hoc egregium facinus efferre licet) ex inferis reducerent: digni verò, qvos omnes boni suo à consortio submoverent, & tanqvam καθάρματα qvædam aversentur, ne tanti ἀλάστορες halitu contagioso, & umbrâ pestiferâ alios inficere & contaminare possint. Dabunt illi, nisi resipiscant, justas DEO pœnas, dabunt legibus & Magistratui, dabunt Academiæ nostræ, cui tàm fœdam ignominiæ maculam inussere, ut elui & deleri vix unqvam posse videatur. Cum igitur in Republica nostra literaria non pauci videri potius, qvam esse boni cupiant, jussu Serenissimi Electoris Saxoniæ studiosam juventutem non tantùm admonitam, sed etiam suam per salutem rogatam cupimus: ut tandem meminerint, & suos apud animos cogitent, qvinam sint, qvam personam gerant, qvo fine ad nos accesserint, qvid præ se ferant hac in Academia, qvid agant, qvid moliantur, qvid qværant, qvid domum ad suos referre cupiant. Homines sumus, & humanitatis gloriam captamus. Cur igitur infra bestias turpissimas, qvâ formam corporis, qvâ morum spurcitiem nos abjicimus? Pietatis & sapientiæ studiosi sumus. Cur igitur in improbita-

bitatis luto volutamur, & per ignaviam & ebrietatem voluntariam nobis amentiam & insaniam accersimus? ita qvidem, ut redituri in patriam nihil nobiscum aliud, qvàm animos rudes & stolidos, qvàm malæ conscientiæ stimulos, qvàm mores agrestes & incompositos, qvàm corpora cicatricibus obsita, & luxu marcida, qvàm loculos temerè exhaustos, qvàm publicam infamiam, qvàm odia bonorum omnium, qvàm infelicitatem perpetuam reportemus. Boni qvi sunt, illi calcaribus non admodum indigebunt, sed spontè, sui qvod est muneris, exeqventur, & obedientiam, qvæ legibus debetur, summam libertatem, honorem certissimum, & privilegium maximum esse ducent. Improbis verò, qvi insanire pergunt, διαῤῥήδην significamus: nos deinceps minimè omnium passuros, ut, qvi deliqverunt, vel prece, vel precio pœnis subtrahantur, sed eos ita mulctabimus, ut suo cum malo discant, qvid sit insultare legibus, & medium digitum Magistratui ostendere. Deniqve cum in cœtu scholastico plurimi jam delitescant, qvi spe vel impunitatis, vel majoris licentiæ sua nomina Magistratui Academico nondum dederunt, cum tamen statuta neminem ultra triduum ferant, hoc qvi facere detrectarit: illos qvi hactenus qvæsiêre latebras, hortamur: ut aut in numerum studiosæ juventutis primo qvoqve tempore

ſe recipi curent, & legibus ſe volentes lubentesqve ſubmittant: aut ſi hoc nimis oneroſum ſibi putarint, alibi qværant diverticula, & noſtra turbare alvearia deſiſtant. Grata nobis eſt eorum omnium, qvi petunt jus noſtræ civitatis, præſentia: ſed ſtudioſos numero pauciores, modò boni ſint, habere malumus, qvam vel ingentem improborum colluviem, qvæ tantum fruges abſumit, laxat diſciplinam, turbis occaſionem præbet, & re malè geſtâ locuſtorum inſtar avolat, tolerare. Deniqve, cum nonnulli ſtudioſorum prætextu abitus ſui arma denuò geſtare incipiant, eos hortamur, hoc ut à conatu penitus deſiſtant, niſi pœnas lege conſtitutas velint exſolvere. P. P. die 25. Martii A. O. R. 1610.

RECTOR & SENATUS ACADEMIÆ JENENSIS

L. S. D.

CUm HENRICUS I. Imperator, cui Aucupis cognomen, nobilem illam ac memorabilem ab Hungaris, in Saxoniam cum plus qvàm 100000. eqvitum partim, partim peditum exercitu irrumpentibus, victoriam propè Mersburgum Anno nongen-

gentesimo tricesimo qvarto, ultra 40000. internecioni datis, & 1500. captis, reliqvis verò in fugam versis, totâqve Germaniâ exactis, gloriosè reportasset, 69000. pugnatorum exercitu instructus, & ex captivis in duo, Lehele & Bulcho ad ipsum adducti, interrogarentur: Cur ipsorum natio tam infestis esset animis adversus religionem Christianam? responderunt magnis animis: Vestrorum scelerum ultores sumus & cùm id non facimus, ut vos perseqvamur, numina irata ipsimet experimur. Eodem modo & Tamerlanes olim, ex latrone & gregario milite Scytharum rex factus, Turcis debellatis & potentissimo Imperatore Bajazete capto, qvem etiam ferreæ caveæ cancellatæ inclusum per Asiam secum circumduxit, ut scabelli vicem eqvum ascensuro sibi præstaret mirâqve celeritate Iberiâ, Albaniâ, Armeniâ, Persiâ, Mesopotamiâ, Ægypto tres intra annos vastatis, iram DEI se & orbis vastitatem, qvæ depravati seculi mala ulcisceretur, appellitavit. Pariter Attila Hunnorum Rex suâ ætate Germaniam, Galliam, Italiam immensis copiis invadens & depopulans, cùm Eremita qvidam ei dixisset: Tu es flagellum Dei, vitia Christiani populi corrigens, titulo illud suo, in qvo arrogantiæ plenissimo, malleum & terrorem universi orbis se nominabat, adjici jussit. A veritate qvidem efferi hi tyranni absona non

protulerunt, qvanqvam suâ feritate alienum à DEO, scopum intenderunt. Nam Deum omnium gentium peccata mutationibus imperiorum & regnorum provinciarumq; vastationibus punire, &, per qvos punit, tyrannos virgam & baculum furoris & iræ suæ, malleosqve terræ vocare, ipsæ divinæ literæ abundè satis nos docent. Atqve eandem in sententiam gravissimè Ditmarus Mersburgensis qvondam Præsul, qværentibus à se, qvæ causa sit, cur populi tam fortes, regiones tàm populosæ, lacerentur exterorum hominum audaciâ? hoc modo respondit: Qvia excitantur DEI voluntate, ad vindicanda nostra scelera. Cum enim prosperæ & tranqvillæ res sunt, timore DEI vivimus vacui: ideo DEI flagellum, hostes crudelissimos sustinemus. Tum in peccatis viventes securè, etiam tùm cùm flagitamus auxilium, à DEO non exaudimur. In hæc nostra tempora & tot lustrorum bella, qvorum nec tùm prævideri finis potest, in tot regnorum, regionum, provinciarum, urbium, oppidorum, pagorum, vicorum, prædiorum, domuum in cineres redactarum vastationes, in tot templorum & scholarum destructiones, in tot pecorum & armentorum abactiones, in tot facultatum, opum ac bonorum spoliationes ac direptiones, in tot matronarum, viduarum, virginum, puellarum impuberum violenta stu-

pra

pra & compressus, in tot omnis sexus, omnium ætatum, omnium ordinum, hominum innocentum infandas cædes, in tàm immensas sanguinis christiani effusiones, in tot; sed cujus effari lingua, cujus stylus perscribere, imò cujus mens vel cogitare sine lacrymis poterit? mala, qvæ totum Imperium Romano-Germanicum inundârunt, oculos si nostros intentiùs defigimus, qvæ istorum omnium causa? audiamus Prophetam eam edisserentem: spreverunt, inqvit ille de Israelitis, legem Jehovæ exercituum & eloqvium sancti Israel contemserunt. Ideò iratus est furor Jehovæ in populum suum, & extendit manum super eum, & percussit eum; & contremuerunt montes, & fuit morticinum eorum excisum in medio platearum. In omni hoc non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus est extenta. Israelitarum in locum segregavit nos Deus olim in populum & peculium suum: Sed qvorum in locum successimus, eorum etiam vestigia peccando premimus. Iniqvitates itaq; nostræ diviserunt inter nos & Deum nostrum, & peccata nostra absconderunt faciem à nobis, ne exaudiat. Hisce ergò in angustiis qvid agamus? Seqvamur vatis in ipso adhuc utero ad prophetandum sanctificati monitum & Israelitarum exemplum. Scrutemur, jubet ille, vias nostras & inqviramus & revertamur ad Jehovam.

Levemus corda noſtra cum manibus ad Deum in cœlos. Nos prævaricati ſumus & rebelles fuimus: idcircò tu (DEUS) non pepercisti. Iſti verò, id qvod alios præter libros ſacros Judicum recenſet hiſtoria, qvoties ob prævaricationes ſuas opprimerentur à gentibus, Syris, Moabitis, Philiſtæis, Cananæis, Medianitis, Ammonitis, ad Deum clamabant, ſeriâ pœnitentiâ præviâ, qvi liberatores excitabat, qvorum virtute è manu hoſtium erepti in pace & tranqvillitate vivebant. Ita & vos, ſtudioſi juvenes, qvi hanc ad Academiam, tanqvam officinam chriſtianæ pietatis, probæ honeſtatis, laudatæ modeſtiæ, optimæq; literaturæ atq; eruditionis confluxiſtis, nobiſcum facite. Ne tergum Deo obvertamus, ſed hoc afflictionis, toti Germaniæ communis, ævo, vitâ piâ, & corde ſeriâ pœnitentiâ affecto in id laboremus, ut virgam furoris ſui DEUS avertat, mucronem exſertum in vaginam redire jubeat, ſurgat & Eccleſiam, totamqve Rempubl. Chriſtianam ſervet, aureaqve pacis & tranqvillitatis tempora clementiſſimè qvaſi poſtliminio reducat. Id verò hoc cumprimis tempore, qvo infauſtæ illæ, & ex ipſo orco productæ Bacchanaliorum non feriæ, ſed furiæ in transverſa & devia ab omni chriſtiana pietate & honeſtate haut paucos ſolent rapere, paternè vos omnes & ſingulos & ſeriò monemus & jubemus. A

Dia-

Diabolo infensissimo & hominum & christiani nominis ac professionis hoste in mundi scenam, ista Orgia introducta. Vitet ergò, qvi se Christianum profitetur. Qvæ enim concordia Christo cum Belial? discedat itaq; ab omni iniqvitate, qvi nominat nomen Christi, Apostoli est præceptum. Graviter Massiliensis olim in Gallia Episcopus, & totius orbis Christiani Magister, Salvianus, in Galliæ suæ Christianos alicubi invehitur, nomine qvidem tales, at ipsâ re diversos, imò adversos: Cùm hoc sit, inqvit, hominis Christiani fides, fideliter Christi mandata servare, fit absq; dubio, ut nec fidem habeat, qvi infidelis est; nec Christum credat, qvi Christi mandata conculcat: ac per hoc totum in id revolvitur, ut qvi Christiani nominis opus non agit, Christianus non esse videatur. Nomen enim sine actu atq; officio suo nihil est. Qvid est aliud sanctum vocabulum sine merito, nisi ornamentum in luto? Et in nobis itaq; Christianum vocabulum, qvasi aureum decus est, qvo si indignè utimur, fit ut sues cum ornamento esse videamur. Deniq; qvi vult pleniùs scire, vocabula nihil esse sine rebus, respiciat, quomodo innumerabiles populi cessantibus meritis etiam nomina perdiderunt. Ita ille, & hanc in rem ibidem plurima & optima, qvæ hæc pagina jam non capit. Qvibus gemina sunt illa S. Ambrosii: Quod sumus

mus

mus professione, actione potiùs, quàm nomine demonstremus: ut nomen congruat actioni, & actio respondeat nomini, ne sit nomen inane & crimen immane. Non solùm in falsis verbis, sed etiam in simulatis operibus mendacium est. Mendacium namqve est, Christianum se dicere & opera Christiani non facere. Cavete vos nostri, ne & in vos talia dicantur. Qvi boni sunt, cavebunt: qvi obstinatè mali, ne qvid stultorum bacchantium relinqvatur vacuum, Deum & Magistratum lascivâ suâ illudere petulantiâ malunt, quàm huic parêre, illum vereri, serò tandem illud Euripideum: si feceris τὰ μὴ καλὰ, feres τὰ μὴ φίλα, conqueri, sed miseratione indigni, cogentur. P. P. XXIIX. Febr. Dominicâ Esto mihi Anno 1636.

Cane igitur pejus atq; angue Scholares vitiũ hoc, non tàm pietati, sed & ipsi humanitati penitus adversum fugiant, atq; tempus nocturnum studiis ac precibus, partemque somno ac quieti pro necessitate corporis, impendere adsuescant.

CAPUT XV.

Licentia Academica.

OPinantur adolescentes, ex frænis Scholasticæ disciplinæ ad Academias accedentes, cùm Imperialibus immunitatibus, & privilegiis U-

Universitates honoratas,&libertate majori præditas audiunt, sibi quidvis impunè licere: at quam ineptè & imprudenter: dum ignorant, *Libertatem*, quæ ingenuæ indoli meritò conceditur, à licentia, qua neminem non deteriorem nequioremque reddi, Comicus rectè perhibet, quàm longissimè differre. Limn. *de jure publ. l. 8. cap. 9. num. 1.* Optimus Princeps Mauritius, Hassiæ Landgravius, prudenter dixisse fertur: *Libertatem Academicæ juventuti permittendam, licentiam verò nullam omninò esse indulgendam.* Kirchner. *de Legato lib. 2, cap. 1. num. 105.* Talis autem Scholarium licentia & abusus libertatis Academicæ ex inferioribus Scholis, in quibus sæpè disciplina juventutis corrupta, & admodum laxa est, in Academia invecta, & hodiè adeò radicata est, ut eam nullæ leges, nulla Magistratuum edicta, nullæ pœnæ satis coercere possint. Incrementum autem accipit ista licentia indè, quod in nonnullis Academiis rari sint, qui cum curâ & diligentiâ in vitam ac mores studiosorum inquirant. Verissimum sanè est, quod hâc de re scribit Auctor judicii Theologici super piis desider. D. Speneri §. 18. Die Wurtzel des Verderbens (ait ille) stecket in der verderbten Haußzucht. Unsere Söhnlein und Töchterlein werden daheime bey den Eltern / insonderheit den Müttern / wo die Väter zuförderst in Amts-Geschäfften begriffen / verderbet. Die müssen / ajunt, gleichwol wie andere Kinder thun / daß sie nicht gar verlachet werden. Daher lernen

nen sie prachten / spatzieren / besuchen / 2c. vom Gesinde darneben allerhand spitzige anzügliche Spott- und Schimpffungs-Reden. Da lehret man sie stoltz seyn / und saget ihnen vor / wer ihre Eltern / Geschlechter / 2c. solches / wie schon Quintilianus zu seiner Zeit klaget / schleppen sie mit in die Schulen zu den Præceptoren / die ihnen zu gratuliren / wenn sie nur die Gnade und Gunst haben / daß die Kinder mit ihnen zu frieden seyn / dann gibt es Informationes superficiarias, und disciplinam cerussatam. Mit solchen unzeitigen Backfischen eilet man aus der Schulen. Denn der Sohn muß bald Student oder Academicus seyn und heissen. Diese Onagros bekommen denn die unschuldigen Professores, und sollen lauter Bucephalos daraus machen. Diese krumm / thum und höckricht gewachsene Stipites ficulnei sollen denn zu Herren-Sceptern geschnitzet werden. Mich wundert in Warheit / daß noch durch sonder Gnade Gottes und ausser ordentlichen Segen / so diesen officinis beywohnet / so viel menschliches in solche (wie wol dem Höchsten sey Danck / nicht alle / iedoch meistentheils) aufgelauffene Erdschwämme gepflantzet werden kan. Ich sehe die Fehler für fremden nicht; Als der ich wol weiß vitium primæ concoctionis nunquam perfectè corrigi in secunda. Plus dico. Ich habe mit Fleiß an Stipendiaten / Communitätern / Beneficiariis & alumnis aliis, die doch unter stricter Disciplin leben / wahr genommen / daß die grössesten Heuchler und tückischten Grobiani unter ihnen seyn. Da es am

am Ernst der antistitum, und manchmal an deren pietåt nicht fehlet/ aber an der prudentz und Anleitung. Was sollen wol Professores, nisi divinâ penitus prudentiâ excellentes imbuti ausrichten/ da einseits die mala educatio, & consuetudo prava in naturam conversa, anderseits die libertas Academica nimia, sed tot ævis, & exemplis fulta, imò radicata, entgegen stehet? Wie viel despect sind ernsten tutoribus bonorum morum auf Universitåten wiederfahren? wir daheim müssen unsern Kindern den Rücken beugen/den Hals wieder wenden/den Rossen brechen/ und sie des Zaums gewohnet auf die Reitschule schicken. Sind sie Kellerer / ståtig ꝛc. ehe sie zu Platze kommen / wirds dabey bleiben: Si fuit hic Asinus, non ibi fiet Eqvus. So müssen wir sie denn voller Furcht des Herrn/ und unserer als ihrer Eltern/ ad studia superiora schicken/ und sie dann einem strengen inspectori befehlen. Da mag ein ehrlicher professor, besonders Theologiæ durchkommen/ und wird durch Segen des Höchsten ohne Frucht nicht abgehen. Hactenus Theologus ille.

CAPUT XVI.

Rixandi ac duellandi libido.

DUella ac monomachias privatas, inexcusabilis audaciæ, intolerabilis feritatis, extremæ injustitiæ & immanis superbiæ opera esse, pluribus *in Tract. de peccatis principum Conclus. 28. §. 3.* do-

docuimus. Dolendum autem maximè, imò sangvineis lacrimis deplorandum, detestandam duellandi ac digladiendi libidinem hodiè instar gangrænæ grassantem, & in Academiis Germaniæ Scholarium ordinem invasisse ac pestifero suo veneno infecisse. Graviter invehitur in hujusmodi Scholares duellantes D. Danhauer Lact. Catech. part. 2. p. 232. Wir Christen/ sagt er/ mögen wol der Türcken Worte entlehnen/ und solche Stratioten anreden und sagen: Werdet ihr/ die ihr Candidati crucis und Creutzträger seyn sollet / euch mit Christen in Kampff einlassen/ Christen-Blut zu vergiessen? ihr esset beyde das Brodt euers Vaters im Himmel/ habt Theil und Gemeinschafft an geistlichen und himlischen Gütern/ und wollet euch untereinander metzgen und fressen? Woher habt ihr dessen Fug und Macht? Wo sind Exempel der Heiligen? wollet ihr euch nicht eines bessern besinnen? Warhafftig der ewige Schuldthurn stehet euch Frevlern offen/ da gehöret ihr hin/ da werdet ihr solche Ubelthaten büssen mit ewiger Schmach und Schande. Folget gleich der Mord nicht alsobald/ so ist doch da der bestialische Wille und affect, der brennet/ und ist bereit den andern am Leibe zu beschädigen/ der Mord ist mißlich und ungewiß. Meminimus cum summo horrore tristissima exempla plurimorum studiosorum, etiam commilitonum nostrorum, qui duellantes in vicinis Academiis, non sine maximo Parentum dolore, ob causam levissimam miserrimè perierunt. Multi ex iis

ma-

magnam ſpem eruditionis, virtutis ac fortunæ parentibus ac Patronis ſuis oſtendebant, qvam funeſta ac violenta mors interveniens prorſus inanem reddebat. Id verò cumprimis dolendum, non paucos nocturno tempore vociferantes, rixantes, digladiantes, & ſic in gravi peccato deprehenſos, impœnitentes per mortem abreptos eſſe.

II.

Peſſimum hunc & barbarum duellandi morem tàm ſuperiores qvàm inferiores Magiſtratus tollere hactenus laborarunt, variis contra ejusmodi monomachos editis edictis ſeveriſſimis, ſed proh dolor! in hunc usqve diem, malum iſtud in qvibusdam Academiis irradicatum, nondum ſublatum fuit. Qvid in hac re in Comitiis Ratisponenſibus, adhuc durantibus, Imperator ac Status imperii decreverint, ex ſeqventibus Cæſarei Reſcripti, futuro imperii Receſſui inſerendi, verbis conſtat, qvæ hæc ſunt: Was der Chur-Fürſten und Stände Räthe/ Potſchaffter und Geſandte von denen auff Univerſitäten und Academien vorgehenden exceſſibus angeregt/ daß die Studenten ſich bald umb liederlicher Urſachen wegen mit einander ſchlagen/ und balgen/ alſo und dergeſtalt/ daß mancher entweder in der beſten blühenden Jugend unzeitig umb das Leben kömmet/ oder mit der Eltern höchſten Betrübniß an Gliedern ſo weit zuſchanden gemachet/ und übel zugerichtet/ daß

er seine Tage ein elender Mensch / und daß ihm etwan von GOtt verliehene Talent deswegen ohne Nutz seyn muß. Also lassen Ihre Käyserl. Majest. Ihr allergnädigst gefallen / daß künfftiger Reichs-Ordnung specialiter auch einverleibet werde / daß Chur-Fürsten und Stände / welche über gemelte Universitäten und Academien zugebieten / nach Anleitung besagter Reichs-Ordnung gleichfals solche Fürsehung thun wollen / daß auch daselbst unter den Studenten in allen Ausfordern und Balgen / eine ernstliche und gute disciplin erhalten / und der Unschuldige vor Gewalt und Thätigkeit beschützet werde ꝛc. Cæsareo Rescripto placet subjicere qvorundam Academicorum Senatuum contra duellantes studiosos edita Programmata.

RECTOR ET SENATUS ACADEMIÆ JENENSIS L. S.

APud Athenienses, narrat Stobæus in collectaneis suis, opere illo variâ eruditione refertissimo, eam viguisse consvetudinem, ut ephebi πολίτευμα adeuntes, seqventi juramenti formulâ Magistratui fidem suam solenniter obstringerent: *Non ignominiâ afficiam arma sacra, neqve deseram meum astitem*

tem, qvo cum junctus fuero. Dimicabo pro sacris & profanis, sive solus, sive cum multis. Patriam non relinqvam in deteriori statu, sed ampliori melioriqve; qvàm acceperim. Semper Magistratui præfecto prudenter obediam, & legibus constitutis parebo, atqve aliis qvibuscunqve plebis consensu decretis. Qvod si qvis leges vel irritas facere, vel eis obtemperare non velit, non concedam, sed ulciscar tam solus, qvàm cum pluribus. Sacra qvoqve patria colam. Horum Dii mihi testes & consciisunto. Legibus nimirum, in qvibus, Philosopho monente, salus civitatis consistit, & qvibus vitæ communis tutela, ut Diodorus Siculus ait, continetur, qvibusqve spretis, juxta divinum Platonẽ, non est ulla salutis spes, cives suos & subditos Respubl. sapientissima constrictos voluit, earundemqve utpote fundamenti libertatis, Tullio docente, servos esse, ut verè liberi esse possent. Neqve verò, in qvas jurabant ephebi, immemores pòst aut negligentes legum fuêre, sed observantissimi. Unde in hac ipsa Republ. Democratica magnos habuisse ac felices progressus judicata fuit, Pausaniâ teste, qvòd suas leges religiosissimè servarit. Utinam juventus nostra Academica istorum se similem exhiberet, nec tàm facile legum ac statutorum, ad qvæ Sacramento se, civium nostrorum albo inserta, obligavit, repagula refringeret! Utinam veram libertatem agnosceret, DEO parere, Magistratum, DEI

in terris vicarium, contemtui non habere, legum ad normam mores & vitam omnem conformare, affectuumqve vitioſorum libidinem coërcere & frenare! minus ſanè moleſtiarum, laboris, curarum nobis foret; plus verò ipſi illi laudis, honoris, ac commendationis. Non jam omnem malæ libidinis movere mephitin eſt animus; à ſangvinariis tantùm illis digladiationibus, qvæ nimiâ, eâqve impiâ & pudendâ, exerceri freqventia cœperunt, te avocare modò, ô juventus noſtra, iterum volumus, & tranqvillitatis, pacisqve ad ſtudium, ſcholaſticum qvod ordinem decet, revocare. Qvam itaqve olim in provocationum & conflictuum inſanum ac diabolicum pruritum & ſtatuimus & promulgavimus, & ſeverè executi ſumus, pœnam ita ſe habentem: *Ut omnes provocantes & provocati, illi qvidem publicâ, ſed hi, ſi ſe ſiſtant, privatâ relegatione plectantur: ubi tempus ac durationem hujus pœnæ variæ nobis circumſtantiæ ſunt ſuppeditura*: jam repetimus, & iteratò, ne qvis ignorantiæ posſit velum obtendere, publicè indicimus, certò in poſterum contra humani iſtos ſangvinis ſitibundos digladiatores, absqve & προσωποληψία omni & excuſationis, qvam fingere, comminiſci, ac prætexere ſuæ laſciviæ iſti ſolent, admisſione ſeqvendam. Furias pennaliſticas ne hâc qvidem chartâ dignamur. Cui & Academiæ totius, & propria

ſui

ſui ipſius ſalus curæ eſt; vitæ ille tranqvillæ & modeſtæ ſtudebit, & noſtro, imò divino mandato de humano ſangvine non effundendo adeoqve monomachiis iſtis, ſive nocturnis, ſive diurnis, intermittendis, omnibusqve ἀτaξίαις aliis, morem promtus geret. Si qvi verò præfractè contumaces ſuâ potiùs ex libidine, qvàm paternorum noſtrorum monitorum & legum præſcripto malunt vivere; non ſine ingenti damno ſentient, quid ſit, contra ſtimulum calcitrare. P. P. VII. Jun. Anno 1635.

III.

Optandum eſſet, cum barbaro pennaliſmo ſimul morem geſtandi gladios, & arma ex Academiis profligatum fuiſſe, vel adhuc prohiberi, exemplo Academiæ Lutetianæ; in qua teſte Limneo, *de jur. publ. lib. 8. c. 6. n. 106.* hæc Conſtitutio obtinet: *Defendons à tous Regens, Pedagogues, & leurs Serviteurs de porter espees, dagnes, & autres armes, couvertes ou apparentes, offenſives, ou defenſives.* Nos rogamus & obſecramus omnes, quibus hactenus commilitones ſuos ad μονομαχίαν nocturnam vel diurnam provocare, vel provocationibus parere, volupe fuit, ut memores juramenti præſtiti, & æternæ ſalutis animæ periculi, fugiant ac deteſtentur impiam digladiandi libidinem, ac conſvetudinem.

Volunt esse discipuli Christi? Discant igitur in schola Christi, diligere inimicos: discant mansuetudinem, discant humilitatem. Cogitent illud Salvatoris: *Qvi irascitur fratri suo, reus erit judicii, Matth. 5. 22.* Quicunqve Scholares hæc legunt, exactè secum pensitare velint verba, quæ ex Ledersero, *de jure belli privati lib. 1. cap. 4. §. 3.* adducimus: Qvis dubitet, *ait ille,* peccare quàm enormiter, & spernere autoritatem, qvâ Magistratus cœlitus armatus, in ipsos animadvertit malefactores, quisquis præfracto planè animo, sibi ipsi jus dicere, & fictam aut præconceptam non rarò injuriam privato propellere audet molimine; Attestantur funestarum ædium exempla, hac præcipuè seculi barbarie, qva omnia in pejus ruunt, ex affectuum rancore, sanguinem quàm sæpissimè innocentem crudelissimè profusum. Docent tempora & mores, instar gangrænæ grassantes, injuriam vel levissimam planè, vel talem tantum, qualem cordatus vir ne suo quidem subduxisse judicio cruentâ morte vindicatam. Et licet tàm perditæ frontis homo fugâ, vel aliâ ratione humano se subtrahat supplicio, divinam tamen & eò acerbiorem nequaquam effugiet vindictam. Cùm enim sacrosanctam divini interdicti, *ne alterum injustè lædas,* auctoritatem, sacrilegâ impietate, & projectâ penitus mente conculcare, non vereatur: ideò si severissimam ulti-

ultionem ſuo experietur tempore, ſuæ imputet petulantiæ, & extremæ inobedientiæ, ſed & inexcuſabili audaciâ tam deſperatæ pravitatis hominem dixerim occupatum, qvòd ſine ulla neceſſitate & corpus & animam, in anceps & vitæ & æternæ ſalutis diſcrimen nefariè conjiciat. Sive enim victus fuerit, ſive vicerit, in præſentiſſimum ſeſe præcipitabit periculum: Victus vel mutilatur ſæpiſſimè, vel ſpiritum odio & irâ plenum effundit; Vincens pœnæ temporariæ; vel certiſſimè, DEI ultioni ſpontaneo ſe exponit metu. Nec ipſi qvoqve duellantes, ad integrum reverſi judicium, expulſo iracundiæ dominio, diffiteri poſſunt, injuriæ calore obnubilari rationem affectumqve in rabiem inflammari, & adeò ſe ipſos, non qvatenus debeant, ſed qvatenus poſſint, vindicare.

CAPUT XVII.

Vigilum, vel præſidiariorum, exagitatio.

INter alias cauſas, ob quas nonnullis conſultum non putatur, Academias in fortalitiis, & civitatibus munitioribus erigere, etiam hæc adfertur, quod ſtudioſi militum ſint ſubæmuli, nobili ac famosâ quæſtione de jure præcedentiæ urgeantur, utraque verò pars ad pugnam ſatis

promta & alacris, vel leviſſimo rixarum exorto vento, ignis latitans erumpens, conflagratione cauſetur. Limneus *de Jur. publ. lib. 8. cap. 1. n. 66.* ubi exempla Academiarum *Erfordienſis* & *Ticinenſis* adducit. Et ſanè negari non poteſt, inter milites ac ſcholares rixandi & pugnandi materiam non eſſe raram, cumprimis iis in locis, ubi ſcholarium magna eſt frequentia. Sæpè & inter nocturnos vigiles & Studioſos naſcuntur pugnæ & cædes, illis quietem nocturnam tuentibus, his eam per vociferationes, exagitationes, graſſationes, digladiationes, turbantibus.

II.

Sciant autem Scholares, eis forte laceſſitis integrum non eſſe, ultionem mucronibus expetere multo minus eos decere, milites aut vigiles civitatis in muneribus ſuis obeundis, ſimulque amica noctis ſilentia tumultibus turbare. Deterreat eos Dei oculus omnia cernens, magiſtratus autoritas, jurisjurandi præſtiti religio & diſcrimen vitæ & famæ, in quod refractarii turbantes & pugnantes, ut triſtia exempla docent, incurrere ſolent. Contra tales ſuperioribus annis ſequens programma in Academia VVittebergenſi publicatum fuit.

RECTOR & CONCILIUM ACADEMIÆ WITTEBERGENSIS PUBLICUM CIVIBUS ACADEMICIS S. P. D.

QVousque abuti patientia ac clementia ſtat animo veſtro, qui improbo auſu nudius tertius & quartus tumultus in milites præſidiarios caſtelli excitaſtis? quamdiu non defervet juvenilis iſta inſania? in quem finem ſtentoreos hos clamores, aut claſſica potius per plateas extollitis? Et quo tandem procedet immanis barbaries, quam nullæ admonitiones noſtræ, nullæ preces, comminationes, nulla pœnæ formido comprimere aut frenare valent? nihil Muſarum alumnos honeſtas ac decus ſtudiorum, nihil modeſtia, quæ literarum ſtudia comitatur, nihil ſanctitas & religio loci, quem Virtutes ac Muſæ, quas ſectari decet, incolunt, nihil juramenti religio, quo apud Magiſtratum Virtuti addixiſti nomen, vos moverunt, aut continere in officio potuerunt? Sed tantum abeſt hæc putetis animo, ut quidam veſtrum pro humanitate ac modeſtiâ barbariem, pro honeſtate dedecus, pro virtute turpitudines veſtro ordine indignas deperiant. Nam furere ſana cum mente, tranquilla pacis tempora fœdare ſeditionibus, & ſilentia amica noctis tumultibus turbare, quod proximis diebus deſignaſtis, quã bar-

barbarum eſt? quam inhumanum? quam impium? Quæcunque verò inſania tandem faſcinaverit mentem veſtram, noſtrum certe non eſt, hæc ſilentio & negligenti ferre animo, quibus tam cura rei publicæ, quam veſtræ ſalutis eſt demandata; ne aut proditæ Reipublicæ & deſerti officii nos Clementiſſimus Princeps, quem ſanctè vereri fas eſt, reos peragat; nec vos, ſi quando poſt aliquot tempora, ad ſaniorem mentem & agnitionem noxæ, quam contrahitis iis moribus, redieritis, noſtræ indulgentiæ veſtri exitii cauſam imputare neceſſum habeatis. Quare obfirmavimus animum, ac obluctari improbitati, omnique contendere ope decrevimus, ut ſi exſtingui non poſſit penitus, coerceatur tamen ac debilitetur. Quam in rem Senatusconſultum Academicum noviſſimum eſt, hos malè feriatos, vel autores vel complices turbarum, ſine ulla ſpe veniæ aut reſtitutionis, ejicere ex hoc Muſarum cœtu ac relegatione publicâ proſcribere. Sed quia inviti ad aſpera illa acerbaque remedia vitiorum trahimur, qui vos omnes paterno complectimur amore, veſtramque exiſtimationem non minus curæ habemus, quam ſtudia & ſcientiarum profectus: idcirco ex more parentum, qui ante monent liberos, quàm caſtigent, vos denuo hortamur ſedulò, ut claſſica in milites præſidiarios concinere, armatasque factiones contra eosdem deſinatis. Non eſt ad prælia compoſitus Muſarum habitus, quas veteres libris & Muſicæ inſtrumentis ornatas,

tas, non armatas enſe finxerunt. Neque inter præclara hæc Numina Martemq; ulla unquam contentio fuit aut æmulatio, quin potius amico amplexu ſe fovent, juvantque invicem, ut hic tueri literarum otia, illæ ſuccurrere conſiliis & prudentia, aut certè res præclarè armis geſtas ferre per orbem, ac decantare laudibus conſueverint. Tum non ad vos campi & acies pertinent, quibus perpetuò in libris habitandum: nec mucronibus expetere ultionem laceſſitis integrum eſt, quod vindicare judiciis injurias jure jurando promiſeritis. Nos aſſertores, defenſores & vindices veſtræ exiſtimationis & libertatis exiſtimus. Noſtrum patrocinium cauſæ veſtræ nunquam defuit, nec eam deſeret unquam, ſi ipſimet modum rerum, & in fervore juvenili temperantiam ac modeſtiam ſervabitis. Ipſa hæc noſtra cautio veſtrum ſpectat commodum, quam ſi penſi habueritis, ex re veſtra erit, ſi contemſeritis temerè aut neglexeritis, decreta vobis & parata eſt Relegationis pœna, quam nullæ preces, nullæ lacrymæ, nec vota ulla avertent. Vindicanda enim auctoritas Academica, aſſerenda diſciplinæ eſt ratio, ſine qua nec literæ florere, nec conſervari Reſpublica poteſt. P. P. Dominica Quaſimodogeniti Anno CIↃ IↃCLXX.

CAPUT XVIII.

Pennalismus.

PEnnalismum sentinam & lernam omnium vitiorum Academicorum esse, non immeritò quis dixerit. Eo velut pestilentissimo morbo superioribus annis multæ Universitates Germaniæ infectæ, & quæ seminaria, officinæ & castra pietatis, honestatis ac bonorum morum erant, per ejusmodi carcinomata Academica reddita sunt seminaria nequitiæ, speluncæ corruptissimorum hominum, cloacæ omnis iniquitatis, turpitudinis & scelerum abominabilium, receptacula malignorum Spirituum, quibus Satan, ceu Præfectus aliquis & Gubernator præsidet. In Programmate quodem Academiæ Giessensis inter alia leguntur hæc verba: Daß die jungen Studiosi, als welche es von den Alten gesehen und gelernet/ sich einander mit solchen heßlichen / unzüchtigen und leichtfertigen Beschimpffungen/Exagitationibus, Schlägen / und barbarischen/ mehr als heydnischen/ gantz teuffelischen Gebährungen und Uppigkeiten vexiren und beschweren/ daß auch die vernünfftigẽ erbarẽ Heyden einen Abscheu daran tragen würden / und nicht Wunder wäre/ wann der allsehende gerechte Gott sichtbarlich ein Zeichen thäte / und eine so verkehrte ihrer vorgesetzten Obrigkeit Ordnung und Verbot so schimpflich verachtende/ und sich denselben in ver-

damn-

dammlichen Ungehorsam widersetzende Rotte von der Erde/wie Korah/ Datham und Abiram wiederfahren/ verschlingen liesse. Ex sequente Programmate pluribus patebit, quæ mala ex Pennalismo nasci soleant.

RECTOR & SENATUS ACADEMIÆ JENENSIS L. S. D.

QUi Pennalismum, nomine reque barbarum & plurimorum & maximorum vitiorum malorumque lernam ac sentinam dixerit, næ is à veritatis tramite ne latum quidem ungvem aberraverit. Ipsam agedum ejus naturam paulò pressius inspiciamus. Quid Pennalismus aliud est, quàm propudiosa exagitationum injuriosarum congeries, quibus maleferiati quidam ac impii Dei contemtores, Magistratus irrisores, legum honestarum hostes, superbi & stulti Suffeni, parasiti, heluones, comedones, bibones, Laverniones, Studiosos novellos excipiunt, non sine tetra Academiarum macula, ingenti sui ipsorum detrimento & luctuosa adolescentiæ studiosæ pernicie. En bellulæ hujus Orcinæ Thaidis (neq; enim omninò ineptè depingi ita potest) & unà ejusdē amasiorum faciem! verè monstrum deforme, multiforme, abominabile. Exagitationū injuriosarū ex congerie constat. Quæ verò il-

læ?

læ? non ſat eſt convitiis novitios Studioſos impeti, maledictis lacerari, Pennalium, Juvenalium, animalis æquivoci, quale quidem inter aſinum & eqvum ſit mulus, alia ut taceamus probroſiora, inclamitari nomine, verùm ad alia graviora poſcuntur. In habitationibus ac Muſeis inviſuntur, convivia apparare jubentur: tum verò maſculè voratur, ſtrenuè potatur, clamoribus ac tumultibus omnia replentur. Interim ludibrio miſerandi illi adoleſcentuli, quorum de argento luditur, ab omnibus habentur, non talitris ſolùm ipſorum naſi iniquè percutiuntur, verùm & aliis interdum verberibus, colaphis, plagis, ne quid crudelitatis deſit inhumanæ, malè mulctantur: quin ex farciminum, panis, laterum ſive tegularum fruſtulis, ſale, luto, q. moretum ſeu bolum quendam confectum & Adnovitiorum ori ita intruſum, ut ex gingivis ſangvis proflueret, nuper non ſine conſternatione & juſta indignatione percepimus. Necdum verò petulantiæ ſatis. Libelli & chartæ ſurripiuntur, pedibus calcaribusq; illis, quorum equi necdum lucem viderunt, conteruntur, diſcinduntur. Accipiunda hæc & muſſitanda omnis ipſis eſt injuria: prætereà culpam, ſi quam admiſerint, deprecari & ad omne in poſterum obſequium pranſos paratos ſe fore, nec quicquam horum ad Magiſtratum delaturos, promittere coguntur ac recipere. Sed quis omnia effrænis petulantiæ, Pennaliſticæ recen-

fe-

ſeat crimina? Patrant verò ea homines malefe-riati, qui obtento Studioſi nomine, non agere ſatagunt, ita ut nomen cluet. Patrant ea homines impii in Deum, & divinæ Majeſtatis rei, ea ſtudioſe ſectati omnia, quæ à DEO prohibita, ea contumelioſè aſpernati omnia, quæ ab ipſo mandata: quippe legi divinæ & pietati Chriſtianæ obnitentes carnis opera peragunt, Spiritus negligunt. Patrant ea Magiſtratus irriſores, quem parentis inſtar habere & amare, cujusque vocem, ut DEI, cujus his in terris audit vicarius, ſequi debebant. Patrant ea legum honeſtarum hoſtes, quarum tamen absque repagulis ſubſiſtere nulla poteſt Respubl. quibusque morem gerere nulla eſt ſervitus, ut ineptè autumant, ſed libertas ſumma. Patrant ea ſuperbi & ſtulti Suffeni, cùm tirones illos extremè deſpiciant & tantùm non pedibus proculcent, quibus tamen ipſis ſæpenumerò & pietate & literatura bonâ & moribus honeſtis longè ſunt inferiores. Patrant ea paraſiti, heluones, comedones, bibones, qui ventris & gulæ pudenda mancipia, inſtar canum & muſcarum alienæ ſectantur culinæ nidorem, quo quid ſordidius? Patrant ea Laverniones, qui per Pennaliſmi occaſionem ſæpiuſculè Mercurium Poetarum, qui Neptuno tridentem, Marti gladium, Apollini arcum & ſagittas, Vulcano forcipem, Veneri cingulum, Jovi ſceptrum furatus, gnaviter æmulantur. Quid verò hiſce omnibus & fœ-

fœdius & perniciosius? & ordine scholastico, cùm scholæ pietatis ac probitatis sint officinæ, indignius? Itaque & publica ex hac Mephiti & privata erumpunt damna plurima. In contemtum & odium Academiæ apud exteros vocantur & infamantur, ut boni viri suos ad eas mittere non periculum, sed exitium ducant esse. Lucrum verò illud, quod actores plerumque reportant hujus tragœdiæ, mera est jactura. Quas bonas horas studiis debebant consecrare, comessationibus & heluationibus perdunt, nomini suo dedecoris notam inurunt, Magistratus edicto alio jubentur migrare, in patriam reversi ad officia promoveri honesta nequeunt, ad stivam aptiores quàm ad scholam, Ecclesiam aut Rempubl. quippe suillas sectati voluptates à pietatis & sapientiæ studio fuêre alieni, nec didicêre, quæ docere alios, aut quæ agere possint. Tandem & adolescentes isti novelli, qui pietatis & eruditionis causa ad Academias ablegantur, sua cumprimis sentiunt mala. In primo statim Academiæ ingressu, nummulis suis, quos maximos inter labores, curas, solicitudines, molestias, hac cumprimis temporum difficultate, parentes vix comparcere, quibusque vel integri anni spatio necessaria sibi parare ipsi poterant, emunguntur ac spoliantur, ita pravis sodalitiis sensim implicantur, cœno voluptatum inhonestarum, luxuriæ, ebriositatis, immerguntur, ignaviæ mancipantur, omni inverecundiæ

&

& petulantiæ consſveſcunt, ut ad frugem poſtmodum aut nunquam, aut ſanè difficulter ſe recipere poſſint. Hæc Pennaliſmi facies eſt, hi fructus. Malè verò pereat, qui primus in Academiarum proſcenium produxit. Et noſtra hac Academia hanc peſtem, hanc calamitatem, hoc probrum, ut profligatum cupimus, ita omni conatu quoque ibimus. Itaque omnes noſtræ ſubjectos juriſdictioni, ne ſe tanti reos faciant criminis, niſi publicæ Relegationis pœnam, qua paucos ante dies punitos quoſdam viderunt, velint ſubire paternè monemus & hortamur. Duro nodo durus quærendus cuneus. Quamobrem illos Pennaliſmi architectos & autores certò in malam rem Relegatione publicâ, vel etiam perpetuâ excluſione à nobis abigemus, cujus à decreti exſecutione nec ulla cognatio & adfinitas, nec ullæ munerum corruptelæ nos avocabunt. Sangvinarias porrò digladiationes, quæ & ipſæ videntur increbreſcere, unâ hâc paginâ interdictas gravi ſub pœna volumus. Qui boni, bona monita penſi habebunt & ſequentur: qui mali, ſuam experiantur fortunam. P.P. XI. Mart. Anno 1638.

Ante annos ferè triginta ſæpius cum horrore in Academiâ Salanâ ejuſmodi facinora à maleferiatis hominus, purgamentis Academiarum & nefariis piaculis, perpetrari vidimus atqve audivimus, qvæ jam re-

ferre pudet. Novimus autem, qvosdam eorũ ad meliorem frugem qvidem rediisse, alios autem in extremo mortis certiculo pœnitendo impiam vitam suam deplorasse, alios in officiis, qvæ postea obtinuêre, semper infelices fuisse. Scilicet habet DEUS ἔκδικον ὄμμα, qui non patietur se ab hominibus illudi.

II.

Cæterùm contra novitiosorum Scholarium Constantinopolitanorum & Berytensium exagitationes ac serviles ludos, olim Justinianus Imperator ad *Salaminum* ita rescripsisse dicitur. Illud satis necessarium ,,constitutum, cum summa interminatione ,,edicimus, ut nemo audeat, neqve in hac ,,splendidissima civitate, neqve in Berytensi,,um pulcherrimo oppido, ex his, qvi legiti,,ma peragunt studia, *indignos & pessimos, imò* ,,*magis serviles, & qvorum effectus injuria est lu-* ,,*dos exercere*, & alia crimina vel in ipsos Professores, vel in socios, & maximè eos, qvi rudes ad meditationem legum venerint, perpetrare. *Qvis enim ludos appellet, ex qvibus crimina oriuntur?* Hoc fieri nullo modo patimur, sed optimo ordini in nostris temporibus hanc partem tradimus, & toti nostro postero transmittimus seculo, *cum oporteat prius animas, & postea lingvas fieri eruditas.* vid. Alsted. in *Encyclopæd. pag.* 2774. D. Mengering. *Scrutin. Consc. cap.* 12. *q.* 91.

III.

III.

Profligatus tandem feliciter, per DEI gratiam, ac vigilantissimâ Superiorum curâ ex Academiis Germaniæ detestandus Pennalismus; qvod anno hujus seculi sexagesimo primo & secundo factum, postqvàm antè Principes ac Status Aug. Conf. addicti in Comitiis Ratisbonensibus de hac re serias deliberationes instituissent, qvemadmodum ex seqventi decreto, qvod in gratiam Lectoris adjicere placet, videre licebit.

Vergleichung/

Derer Evangelischen Chur-Fürsten und Stånde Abgesandten/ wider den/ auff Dero Academien eingerissenen schåd- und schåndlichen PENNALISMUM.

DEs H. R. Reichs Chur-Fürsten und Stånde Augsp. Confessions-Verwante/ bey gegenwertigen Reichs-Tage zu Regenspurg anwesende Råthe/ Botschaffter und Gesandte uhrkunden und bekennen hiermit.

Nachdeme unser gnådigst. Gnaden und Hochgeehrte Herren Principalen uns in unsern/ theils mitgegebenen/ theils nach und nach eingelangten Instructionen gnådigst/ gnådig

und günstig befohlen / auff zulängliche Mittel und Wege zugedencken / wie die bey etzlichen Academien in Teutschland eingerissene und höchstraffbare Unordnung des Pennalisirens/ und die daraus entstehende ärgerliche Laster/ schändliche Ubelthaten und verderbliche Verführung/vermittelst cooperation und zusammensetzenden autorität der an solchen Academien interessirenden Reichs-Stände/würcklich abgestellet werden mögen. Wir uns denn zu schuldigster Folge darüber zusammen gethan und nach reiffer der Sachen Uberlegung befunden / daß zu Abschaffung solches ins gemein schädlichen und ärgerlichen Ubels/eine conformität der Gesetze und der darinnen wider die Autores beliebten Straffen erfordert werden. Derowegen wir uns auff ratification unserer Gnädigsten/Gn. und Hochgeehrten Herrn eines modi, dardurch solchem Ubel vermittelst Göttlicher Hülffe gesteuert werden kan/ vereinbahret und dafür gehalten/daß wenn unsern gnädigsten / gnädigen und günstigen Gefallen solten nachgehen/ das Patent auff eine gewisse unter ihnen beliebliche Zeit/welche etwan 3. Monat nach beschlossenen Reichs-Tage seyn könne/auff ihren unterhabenden Academien zu publiciren/dadurch diese grausame Barbarische Unordnung abgeschaffet werden könne/ dessen Innhalt also lautet:

Uhrkunden ꝛc. Nachdem wir die schweren und harten Land-Plagen/ insonderheit den

blutigen langwierigen Krieg/damit der allmächtige GOtt nach seinem Gerichte unser geliebtes Vaterland Teutscher Nation samt andern benachbarten Königreichen und Landen heimgesucht/ zu bedächtlichen Gemüthe geführet/und den Ursachen/wodurch obbewegte Plagen über so herrlich blühende Land und Leute gegangen/etwas reiffer nachgesonnen/ so haben wir unter andern grausamen Lastern/ welche wider die erste und andere Taffel der H. zehen Geboten GOttes ungescheuet im Schwange gewesen/nicht die geringste zuseyn erfunden/die auff den hohen Schulen in Teutschland unter der studierenden Jugend eingerissene höchstschädliche Unordnung und Gewohnheit des pennalisirens/da etliche ruchlose/freche/ übel erzogene/ aller Christlichen Zucht vergessene junge Leute/ den jenigen/ welche von andern Trivial-Schulen/Pædagogien oder Gymnasiis sich auff Universitäten/eine mehrere Wissenschafft in denen Haupt-Sprachen/ Freyen Künsten und Philosophicis zu fassen/ auch in den höhern Facultæten sich informiren zulassen und zuproficiren begeben/ oder an denen Orten/wo die Universitäten seyn/gebohren und erzogen/ hochärgerlicher weise nachstellen/ sie nicht allein mit schimpfflichen hönischen Gebehrden und Worten/ sondern auch gar mit unehrlichen/abscheulichen Frevelthaten und Schlägen Barbarisch tractiren, ihnen öffters solche Dienste und Auffwartung/welche ein vernünftiger

tiger Herr seinem geringsten Diener anzumuthen Bedenckens tråget/ aufftringen/ ja so offt es ihnen gefållig/ solche neuangehende Studiosos mit schmausen und kostbaren Gastereyen/ beym An- und Abtritte/ auch wohl sonst/ so offt es ihnen beliebet/ beschweren/ also daß das jenige/ was Eltern ihren studirenden Söhnen öffters mit ihrer höchsten Ungelegenheit bey diesen Geld-klemen Zeiten zur Zehrung auff ein Jahr destinirt, bey ein und andern Zech- und Gelack verschwendet werden muß/ und dadurch manches schönes ingenium mit obgedachten lasterhafften exagitationibus und concussionibus desperat gemacht/ an dem Fortgang seiner wohlangefangenen Studien verhindert/ die Eltern umb ihre geschöpffte Hoffnung/ darneben Rath-Håuser/ Kirchen und Schulen/ und das gemeine Wesen umb ein nützliches Werckzeug unverantwortlicher weise gebracht werden. Als aber uns obliegenden hohen Obrigkeitlichen Amts und Vorsorge wegen gebühret/ solchen und dergleichen Kirchen und Policey höchstschådlichen lasterhafften Unordnungen/ Mångeln und Gebrechen/ mit allem Ernst/ Eyfer und harten Straffen zubegegnen/ damit GOttes brennender Zorn nicht ferner über unser Land und Leute/ wenn dergleichen Sünde ungestrafft bleiben/ gezogen werde/ und aber ohne conformitåt der Gesetze/ und der darinnen wider alle muthwillige frevelen gesetzten Straffen hierinnen schwerlich etwas zuerheben noch

frucht-

fruchtbarlich auszurichten / so haben Chur-Fürsten und Stände der Augspurgischen Confession zugethane/deren Chur-Fürstenthümer und Lande im Röm. Reich Teutscher Nation mit Academien und hohen Schulen versehen/ durch ihre/bey der zu Regenspurg Annis 1653. und 1654. gehaltener Reichs-Versamlung anwesende vornehme Räthe/Gesandten und Botschaffter sich hierüber und wie solcher höchststraffbahren Unordnung mit einem durchgehenden ernsten Nachdruck würcklich gesteuert werden möge/besprochen / das Werck reifflich überlegen lassen/ uns auch uff abgestattete derselben unterthänigste relation dahin verglichen/ vereinbahret und geschlossen/daß hinfüro/ und von publication dies keinen/ der auff unsern unterhabenden Universitäten / Academien und hohen Schulen sich auffhält/oder ins künftige über kurtz oder lang dahin begiebet / er sey welches Standes oder Alters er wolle/erlaubt/ sondern vielmehr einem ieglichen hiemit und in Krafft dieses ernstlich verbothen seyn solle / den neuankommenden jungen Studenten heimlich oder öffentlich nachzustellen / sie auff der Gassen oder ihren Losamenten/Stuben/Schencken oder Wirths-Häusern/an Tisch / in Collegiis, oder sonsten zu importuniren, zu exagitiren oder zubeschimpffen/ noch ihnen die geringste Ausgabe zu denen also übel titulirten Pennal-acceſs-abſolvir-Stuben-oder Tisch-Schmäussen/ es geschehe solches gleich unter

den Vorwand der National-conventicul, welche hiemit als unzuläßig / abgeschaffet seyn sollen/ oder irgend unter einem andern prætext anmuthen/ vielweniger ihnen mit Betrohung/ Schlägen und liberalibus ingeniis unanständlichen Diensten zusetzen/ noch sonsten auff andere Wege sich zu ihnen nöthigen / sondern sie unter des Magistratus Academici oder ihrer eigenen Hoff-Meister und Præceptoren Auffsicht und Correction lediglich lassen sollen/ damit nicht ex Seminariis Ecclesiæ & Reipublicæ seminaria vitiorum & criminum gemacht/ und an stat des verhofften Segens/ neu und mehrere Land-Plagen auf unser geliebtes Vater-Land durch ein unordentlich wüstes Leben unter denen/ welche für allen andern mit Frömmigkeit/ Erbarkeit und andern löbl. Tugenden in der Welt herfür leuchten und gezieret seyn/ devolviret werden. Obgedachtes aber wollen wir von einem ieglichen/ der sich auff unsern Universitäten anitzo befindet / oder ins künftige auffzuhalten gedencket/ aufs genaueste observiret haben/ so lieb ihnen ist die Straffe des Gefängnüsses/ und nach Gestalt des Verbrechens der relegation cum infamia zuvermeiden/ welche ein ieder so hierwider imgeringsten zufreveln sich erkühnen wird / dergestallt ungesäumt zu erwarten haben soll/ daß wenn er dieses so hoch verbothenen Pennalisirens und dessen anhangenden Lastern und Unordnung halber/ in die obangedeutete Straffe verfallen

zuseyn/ declarirt worden/der oder dieselbe/ als malæ notæ subjecta zu keinen Ehren-Aemtern oder Diensten / in unsern Chur-Fürstenthümern und Gebiethen / in Geist- und Weltliche Stände beruffen noch erfodert / sondern als Leute/ die ihre Jugend in Lastern und Aergernüssen zugebracht/ und alles Favors unwürdig/ allenthalben geachtet werden sollen. Und damit dieser unser unumbgänglichen Verordnung umb so viel desto stärcker Folge geleistet werden möge/ haben wir uns mit benachtbarten Chur-Fürsten und Ständen / und sie sich hinwiederum mit uns verglichen / daß wenn einer dieses delicti halber auf einer Universität relegirt, diese formula relegationis den ander Universitæten intimirt und daselbst der relegatus nicht angenommen / noch inter membra Academica gezehlet oder gelitten werden solle. Es wäre denn/ daß er sich mit der vorigen Universität verglichen und ausgesöhnet/ auch parti læsæ satisfactum gethan/ und solches mit gnugsamen Urkund bescheinigen könte/ das meinen wir ernstlich.

Gebietende hierauf &c.

Zum Zeugnüß/ daß unter uns wider das so ärgerliche und schädliche pennalisiren, auf Universitäten vorgeschriebenes Concept sub sperati beliebet / und unsern gnädigst. Chur-Fürsten/ wie auch gnädigen Fürsten uud hochgeehrten Herrn Principalen unterthänigst/ unterthänig und dienstlich zu fördersamster Voll-

ziehung recommendirt und überliefert werden solle. Haben wir dieses mit unserer Hand Unterschrifft und Insiegel befestiget.

Huic adjungimus Programma, de exstirpando Pennalismo, in Academia Salana, die 2. Julii, Anno 1661. publicatum.

RECTOR & SENATUS ACADEMIÆ JENENSIS L. S. D.

ANnus nunc agitur qvartusdecimus, ex qvo Bacchanaliorum illas ferias furibundas, in Deum ignominiosas, ex idolomania gentili in Christiani gregis cœtum, Satana auctore ac ductore, illatas, ac seculis non paucis à variâ larvatorum, personatorum, cornutorum, auritorum, rostratorum, nasutorum, caudatorum, & qvid non monstri, belluæ, bestiæ, schematis fœdissimi? indutorum, turba cùm alibi, tum heic qvoqve celebratas, post iteratas annis præcedentibus serias nostras admonitiones, mandataqve Serenissimorum Academiæ Nutritorum severissima, tandem juventus nostra studiosa melioris genii instinctu profligavit, & ab hac pietatis, honestatis, modestiæqve officina procul abesse jussit, nec ex eo tempore unqvam adscivit rursus aut admisit. Meritò propterea Salanæ

no-

nostræ, & nobis ipsis nos, hodieqve & qvis non bonus nobiscum? gratulamur; divinæqve Majestati, à qva omne bonum & donum perfectum, gratias habemus atqve agimus; ex imis cordis penetralibus supplice precantes voce, ut ulteriùs hanc nostræ juventuti mentem servet, eamqve spiritu suo cœlesti regat ac ducat, ne unqvàm infernalis serpentis suggestionibus ad bacchantium insaniam seduci se iterum patiatur.

Utinam verò eandem mentem in alio Satanæ fœtu, qvi vulgo PENNALISMI nomine venit, exstirpando, & ad orcum, unde prodiit, propellendo ac relegando, pridem pariter induisset! Sed enim tantum abest, ut id factum sit, ut potius magis magisqve, sive veteranorum studiosorum, sive ipsorum novitiorum, (utrobiqve bonos inter eos excipimus) contra toties repetita & publicis chartis expressa atqve affixa cum Serenissimorum Principum, tum nostra Senatus Academici interdicta severa, ac delinqventium punitorum exemplis haut paucis qvasi stabilita, molitiones ac patrationes freqventes in memoriam revocentur, *Pennalisandi* illam petulantiam crevisse, videamus. Qvæ res ut tanto clarius appareat, utqve perspiciant omnes, adeo nunqvam hunc animum aut Serenissimis Academiæ Nutritiis, aut nobis fuisse, ut foveremus malum hoc pestilentissimum; ut modis omnibus

bus exſtinctum penitus ac exſtirpatum utriqve iverimus: rem paullo altius, & ab ovo, qvod dicitur, repetemus.

Cumprimum hæc labes ante hos annos qvinqvaginta, & qvod excurrit, ex vicinia huc illata, (qvæ tum intra *Vocationum*, ut appellabantur, Convivia, à lautioris fortunæ adoleſcentulis, è ſcholis atqve gymnaſiis huc ſtudiorum cauſa accedentibus, per gulones qvoſdam ac lurcones ſingularis comitatis ſpecie exigi ſolita, ſubſecutaqve convitia, verbera, varias exagitationes, veſtiumqve, librorum, aut aliarum rerum, tanqvam pignorum, ereptiones, conſtitit) Academiam hanc infeciſſet; confeſtim ei publico programmate obviam itum, iſtisqve *ſeptemviris Epulonum* ſub interminatione *pœnarum, qvas delictis graviſſimis irrogari moris eſt*, (verba ſunt Edictor. Academ. qvibus deinceps certas ob cauſas ſubinde utemur) imperatum *aut eveſtigio reſipiſcerent, aut ad ſui ſimiles, illamqve officinam, è qva ſcitus ille Pennaliſmus prodierat, ſe reciperent:* addito, *ſuperbiam, faſtum, ruſticitatem & mores incompoſitos novitiorum ſtudioſorum*, (qvæ illi hoc pacto corrigenda eſſe clamitabant) *non ab his aſotis & acolaſticis, qvi ipſi ſcaterent ulceribus, ſed à Magiſtratu & Præceptoribus, qvibus ferocioris adoleſcentiæ emendandæ cura incumbat, corrigi debere.* Cumqve ſub initium anni ſubſeqventis nonnulli, ſpreta Magiſtratus auctoritate, Pennaliſticas actiones

ones exſeruiſſent, ac partim & tueri, conſpiratione inter ſe inita, auſi eſſent; ut his *pœnarum exemplis intemperies* illa *ſumma, rabies belluina, impietas extrema, & ſentina ac cloaca omnium flagitiorum*, (his enim elogiis Pennaliſmus jam tum ornabatur) *in prima qvaſi herba ſuffocaretur.* Neqve ſine fructu res fuit. *Viſa* enim *eſt mali hujus ferocia & violentia nonnihil* ex eo tempore *deferbuiſſe*; adeo ut Anno hujus ſeculi XIIX, (cujus initio primum illud, qvod memoravimus, interdictum iteratum fuerat) finiente, *non jam*, ut antea, *novellos Scholaſticos ad tragœdias epulasqve Pennaliſticas minis adigi cogive*, ſed *ſponte hoc onus ſuscipere*; *nec pugnis dedolari pedibusqve proculcari, ſed jocis lepidis, & ſalibus humaniſſimis amicè de morum emendatione, & exuendo faſtu Pennaliſtico moneri* ferretur. Sed qvoniam ſic qvoqve *rem ipſam qvæ dudum in Pennaliſmo fuerat, manere*, *ac tantum melle qvodam venenum hoc illini*, *lupo ovillam, aſino leoninam pellem, & meretriculæ olidiſſimæ honeſtæ matronæ habitum indui*, Patres Academici deprehenderent, denuò juventutem ſcholaſticam admonuere, *hoc ut virus & venenum odiſſe tandem & obedientiâ ſuâ deprimere inciperent*; addito præclaro, & qvod eventus verisſimum eſſe docuit, epiphonemate: *Nunqvam ſoſpites & ſalvas fore ſcholas, niſi lues hæc peſtilentialis ſublata fuerit.* Simul iis, qvi Academiæ jurisdictioni ſuberant, denunciarunt, *ſe omnes Pennaliſmi architectos certo*

ma-

malam in rem relegatione publicâ abacturos; neqve morari eorum abitum, qvi hoc ab amaraco porcino muscosas abstinere nares non possint, sed piperis grana pauciora longè pluris, qvam multa papaveris semina facere. Qvi animus utinam & hodie multis esset, qvibus potior est freqventia hominum sceleratorum, qvam pauci virtuti bonisqve moribus dediti! Nihilo tamen secius paucos post annos denuo malum hoc adeo invaluit, ut A. Chr. CIↃ IↃ CXXIII, d. IIX. Octobr. Patres Academici cum viderent, parum profici exemplis eousqve in delinqventes editis, necessarium duxerint, enumeratis prolixe publico programmate malis, morbis & detrimentis, qvæ Pennalismus, (tanqvam *in cujus Camarinam, lernam, Avernum, & lacum Asphaltiten qvicqvid vitiorum est ac flagitiorum, qvicqvid facinorum & scelerum, confluxerit)* complectitur, graviorem delinqventibus pœnam constituere; hanc scilicet, ut non solum *eos omnes qvi Pennalismum foverint, aluerint, auxerint, servarint, relegatione publica submoturos se, nulla vel intercessionis vel commiserationis ratione habitâ*: sed etiam *typis evulgare velle omnia Relegationum programmata, & cùm in patrias eorum terras, qvi hanc luunt pœnam, tum in vicinas Academias mittere, ut ut his à serpentibus Libycis, scorpiis, viperis, Draconibus; omnes boni mature sibi cavere discant.* At successu tam parum prospero, ut mox ipsi Illustrissimi Celsissimiqve Principes, Aca-

Academiæ Nutritii, auctoritatem suam interponendam arbitrarentur. Proinde Illustrissimus Dux ALBERTUS loco & nomine Illustriss. Ducis JO. ERNESTI Junioris, tanqvam Domini Territorii, Principisqve regentis, promulgato Anno 1623. die 9. Decembr. Edicto Germanica lingva conscripto, post enarratas varias actiones pennalisticas, conqvestus *ingens ob eas odium famamqve sinistram Academiæ huic conflari, qva moti parentes haut pauci, liberos suos aut nolint hûc studiorum caussa ablegare, aut ablegatos qvantocyus avocent*; severe edixit, *ne qvis Studiosorum Novitium ullum odioso, scandaliqve ac contemtus pleno, & Studiosis omnibus ipsisqve literarum studiis maximè ignominioso, ac haud dubiè ab hoste studiorum ac virtutum Diabolo ex Orco producto, impediendisqve & supprimendis omnibus artibus ac disciplinis salutaribus comparato* Pennalismi, *aut ejus monetæ aliis cognominibus, clam palamve traduceret, contemtui haberet, offenderet, oneraret: aut ejus amoliendi caussa convivium ullum qvocunqve prætextu extorqveret, eive interesset; neve qvis convictores aut ædium suarum incolas studiosos ea in re ullo modo adjutum iret: sed ut Cives Academici omnes, ac Studiosorum hospites alii, qvotiescunqve tale qvid eos conari aut agere compererint, dehortarentur, præmonerent, &, si obseqvi nolint, rem evulgarent, ac superioribus, qvacunqve ratione possent, significarent; Qvi secus fecerint, pro ratione personarum, facul-*

tatum,

tatum, delictorum, gravem Principum indignationem, ademtionem privilegiorum, beneficiorum, munerum, honorum, pœnam relegationis publicæ ad annos aliqvammultos, aut etiam exclusionis, carcerem, exilium, pœnam corporalem, & ratione sumtuum & impensarum pœnam qvadrupli, indubiè incursuros: utqve tantò certior sit executio, captivos ad aulam Principis deducendos, spe omni intercessionis aut remissionis præcisa. Qvo qvidem Illustriss. Principum zelo, providaqve Senatus Academici cura, & severa animadversione, effectum est, ut *illa Adnovitiorum exagitandorum prurigo ex parte exstirpata fuerit*; usqve dum circa annum 1630. *qvidam rursum excitare eam & viis antea nec tritis nec auditis reducere ex averno moliti sunt.* Qvorum tamen molimina mox sunt prohibita publicè. Intervenere paullò post, bello in his qvoqve oris coorto, ea tempora, qvibus mirum nemini videri debet, disciplinam publicam hac qvoqve parte sic corruisse, ut Senatus Academicus consultum existimaret, post edita aliqvot in Pennalisantes exempla, anno 1638. die 11. Martii, recensitis denuò variis *effrænis petulantiæ Pennalisticæ criminibus fructibusqve*, edicere, *se ex hac Academia hanc pestem, hanc calamitatem, hoc probrum profligatum omni conatu ituros, illosqve Pennalismi architectos & auctores certò Relegatione publica, vel etiam perpetua exclusione, abacturos, ab ejusqve decreti executione nec ullam gratiam*

am, nec ullam cognationem & affinitatem, nec ullas munerum corruptelas se avocaturas. Cujus qvidem Edicti is fructus fuit, ut proximo triennio *Academia nostra gratulari sibi de infamium illarum actionum Pennalisticarum à se qvasi exilio videretur.* Qvæ tamen mox, anno 1641. à qvibusdam maleferiatis ex Orco revocatæ, ac, frustra obnitentibus nobis, eousqve invaluerunt, ut anno 1644. ineunte, orto ob eas insigni tumultu, de qvo paullo post, Serenissimis Principibus, Academiæ Nutritiis clementissimis, justa conqverendi caussa nasceretur, *Studiosos qvi tum hic loci vivebant omnes, paucorum maleferiatorum instinctu, Pennalismum, cui unus alterqve antea non nisi clam addicti fuerint, nunc in hanc Academiam qvasi auctoritate publicâ inaudito modo introduxisse, adversantes huic instituto suo pro infamibus habere, ac summa vi perseqvi, ejusqve rei caussa certas confœderationes, DEO & legibus repugnantes, iniisse, ac magistratui ordinario, posthabitâ jurisjurandi religione, debitum honorem & obseqvium palam denegare.* Sed huic qvoqve malo cum eorundem Serenissimorum Principum severa mandata, tum Serenissimi Ducis WILHELMI, Patriæ Patris indulgentissimi, præsentia, medicinam attulere, adeò ut per annos proximos tres furor ille non parum remiserit. Qvi tamen mox, satanæ haut dubie, saluberrimis, qvæ tum de pace Germaniæ reddenda agitabantur, consiliis in novos, cre-

do, furores acti, instinctu, majore cum impetu rediit.

Anno enim 1647. & qvi proxime secuti sunt, non solum *Pennalisticas Veteranorum actiones* repullulascere, hoc est, juniores, aut qvi ab illis Academiis, à qvibus Pennalismus exulabat, huc studiorum caussa concesserant, contumeliosis nominibus appellitari; tanqvam nondum capaces privilegiorum Academicorum alto supercilio despici; *Studiosi* appellatione indignos, & veluti catharmata publica, haberi; injuriis ac contumeliis affici, verberibus coerceri, pecunia emungi, libris vestibusqve spoliari, ad convivia, cum alia, tum *Absolutionis*, ut vocantur, (sine qvibus nemo, istorum Cœnipetarum sententia, *Studiosi* nomen poterat conseqvi) exhibenda adigi, ad omne genus servitia, etiam turpissima, cogi, deniqve planè ut subditos, immo ut servos, haberi vidimus: sed etiam *novum*, idqve non minus detestandum *Pennalissandi genus* ex eadem, qvâ prius illud, officina prodiit. Ipsi enim *Juniores*, & qvi nondum annum in Academia exegerant, præsertim qvi se *Absolutos* vocabant, Veteranorum exemplo excitati, jam & ipsi alios, recens Academiam, & post unum alterumqve mensem, qvam illi in eandem venerant, ingressos, inqve certos *Vulpium*, *Asinorum*, similesqve gradus alios, pro diverso septimanarum, qvibus in Academia vixerant, numero distri-

diſtributos, non ſolum privatim, & extra oppidum, ſed in plateis publicis, in foro, immo, (qvod plane abominandum) in templo interqve ſacra ipſa & divini Numinis cultum, exagitare, cachinnis excipere, contumeliis afficere, interdum & talitros colaphosqve illis impingere cœperunt. Ac ne qvis *Novitiorum* injuriis eorum ſe poſſet ſubtrahere, peculiaris illis in æde ſacra locus aſſignatus eſt; in qvo, tam præclaris ſc. ritibus initiandi, comparere coacti, qvicunqve recens in Academiam venerant. Heic tempus omne ſacro cultui deſtinatum, diſcurſationibus, confabulationibus, ſuſurris, cachinnis, verbis ſcurrilibus, omniqve petulantiæ genere, ſæpe & clamoribus ac rixis, conſumtum. Qvod ſi in propinqvo adſtantes adſidentesve cives honeſtiores, tam effrenem petulantiam deteſtati, exagitatores dehortarentur, utqve ad ſacra & conciones adverterent animum, rogarent: eadem in illos probra, eadem convitia jaciebantur. Paria, immo atrociora, in foro & in ipſa hominum è rure & vicinis oppidis adventantium celebritate perpetrata: ne tam pulchræ comœdiæ etiam peregrini ſpectatores deeſſent. Poſt haſce tam egregias initiationes in ſuburbia & pagos itum: ubi eorundem miſellorum ſumtu ſtrenuè potatum, ipſi vero omne genus contumeliis probrisqve vexati, ſæpe & talitris colaphisqve excepti; &

ne qvid ipſorum injuriarum expers eſſet, ſciſſi perforatiqve pilei, dilacerata veſtimenta: aut cum illi, tum hæc, cum vilioribus permutata. Cæterum hæc omnia cum in publico factitarent petulantiſſimi juvenes; qvantum injuriarum iiſdem miſeris *Novitiis* in abdito, intraqve privatos parietes, illatum putatis! Tot igitur injuriis obnoxii cum vereri haberent, ne, qvoties in publicum, præſertim ad illa ſolennia, qvæ diximus, loca prodirent, ultra modum vexarentur; *Patronis* opus erat, qvi durius atqve inhumanius habitos defenderent, ac prodeuntes in forum, in templum, in collegium comitarentur. Lecti igitur, qvi patrocinium eorum ſuſciperent, vetuſtiſſimus qvisqve ac audaciſſimus *Juniorum*; ſeu potius pecunia, muneribus, compotatiunculis emti ſunt. Unde nova compotationum genera, & inter exagitatores ac patronos, qvoties aut illi exagitando, aut hi defendendo modum videbantur excedere, jurgia, injuriæ, verbera, provocationes, digladiationes. vulnerationes, & infinita hoc genus mala alia. In utroqve vero Pennaliſandi genere, tam antiqvo, quam novo, iis omnibus, qvibus tot injuriæ perferendæ erant, ſevere, & ſub comminatione infamiæ ac crudeliſſimarum perſecutionum, interdictum, ne qvis Magiſtratus Academici opera imploraret: aut ſaltem ſic enunciaret injurias ſibi illatas, ut in noti-

titi-

titiam ejus pervenire possent. Etsi interim ad ea qvandoqve facienda ferendaqve cogebantur, qvæ nec aures castæ audire narrata, nec pudici oculi scripto consignata sustineant: qvæqve proinde verendum erat, ne, si impune ferrent eorum patratores, gravissimam divini Numinis iram in Academiam universam provocarent. Qvid verò ad hæc omnia Serenissimi Academiæ Nutritii? qvid Magistratus Academicus? Num tota mole irruentem barbariem admiserunt? num malum pestilentissimum radices agere passi sunt? Non sanè, sed illi qvidem, pro incomparabili sua ac plusqvam paterna publicæ salutis rerumqve Academicarum cura, subinde magistratum officii commonere, utqve adolescenti & jam robur acqvirenti Pennalismo summa vi obniteretur, hortari: Hic verò, memor officii, nunc crebris ac pæne annuis Edictis, nunc severâ animadversione & freqventibus exemplis pro virili sua obsistere: adeo ut non deessent, qvi interdum nimii rigoris eum accusarent. Et tamen sic qvoqve parum aut nihil ad rei summam profectum est. Qvod cum sæpius laudati Serenissimi Principes animadvertissent, missis ante ex utroqve Consiliariorum ordine qvi Academiam viserent ac ordinarent, in *Novis*, ut vocantur, *Statutis*, anno 1653. conditis, hoc qvoqve constituerunt, *ut qvicunqve actionum Pennalisticarum auctores*

exſtiterint, nulla perſonarum, ſtirpis, vitæ antea bene actæ, aut eruditionis ratione habitâ, non ſolum publica relegatione ad aliqvot annos plecterentur, ſed etiam, ut cauſſa relegationis diſpaleſceret, exempla ejus typis deſcripta ad ejus loci magiſtratum, unde relegati oriundi, aut qvem parentes illorum propinqvive incolunt, transmitterentur: Qvod ſi præterea & libris, aut veſtibus, aut qvacunqve re alia, novitios ſtudioſos ſpoliaverint, vel corpori ac ſanitati eorum damnum dederint, ad ablatorum reſtitutionem haud tantum, vel certo pretio redemtionem, omnisqve damni refectionem adigerentur, ſed etiam cum infamia in perpetuum relegarentur: Qvi vero non auctores qvidem fuerint, ſocios tamen illarum actionum ſeſe præbuerint, in eos privata relegatione animadverteretur: Utriqve vero ſumtus reſtituere cogerentur. Si qvis inſuper caſu ad eos acceſſerit, ſic tamen ut damnum ipſe nullum dederit, carcere aliove modo, ut exemplo ſit aliis, puniretur: Additum, *à vicinis qvoqve Academiis petituros Principes, ne publicè relegatos intra annum, niſi teſtimonio emendatioris vitæ munitos, recipiant. Nec qvenqvam eorum, niſi præſcitu ac conſenſu Principum utriusqve lineæ in gremium Academiæ recipiendum.* Deniqve *ſuas qvoqve pœnas manere illos, qvi vel in ædibus ſuis pennaliſationes permiſerint, vel conviviorum apparatum juverint.* Idqve ſtatutum non ſolum bis qvotannis, cum novus Academiæ Rector præficitur, publice hucusqve recitari ſolitum: ſed etiam ſumma illius, tum paul-

paullo ante, qvam publicaretur cum reliqvis, tum postea anno 1655. ac denuo anno 1657. publicis programmatis studiosæ juventuti significata est. In delinqventes autem crebro, & qvoties deprehensi sunt, pro gradibus delictorum, relegatione sive publica, sive privata, carcere, modisqve aliis animadversum. Eo qvidem, DEO conatibus nostris benedicente, successu, ut illa, qva Pennalismus olim potissimum censebatur, *Veteranorum* in juniores exercita tyrannis, hisqve illatæ injuriæ, reales pariter ac verbales, primo non nisi furtim exercerentur, mox omnino, aut saltem maximam partem, & inter plerosqve cessarent. Mansit tamen *contemtus juniorum*, ac pessimus ille mos, qvo nemo qvisqvam, ac ne qvidem illi, qui unum alterumqve, aut etiam complures annos in Gallicis, Danicis, Svecicis, Belgicis, aliisqve exteris, partim & Germanicis, Academiis, (qvæ omnes Pennalismum nunqvam admiserunt) exegerant, honorifico *Studiosi* nomine digni sunt habiti, nisi Pennalismi legibus se subjecissent. Plane tanqvam ab istorum maleferiatorum arbitrio penderet, ut aliqvis privilegiorum Academicorum, à Sacratissimis Imperatoribus concessorum, particeps esset. Mansere proinde & *Convivia Pennalistica*, cum *Accessus*, ut vocantur, tum *Absolutionum*, sed alio plerumqve prætextu qvæsito: immo (qvod tanto promtiores ad ea

instruenda juniores nunc erant, qvanto paucioribus injuriis obnoxii) sumtuosius multo qvam antea, facta, ac ea interdum cum ferculorum, tum præsertim bellariorum scitamentorumqve apparatu instructa sunt, cujus nec personas illustres, ipsosqve adeo Principes pudere posset. Deniqve & *Jurisdictio* mansit, pridem in juniores usurpata; eò jam retentu facilior, qvod hi beneficii, qvod modo diximus, memores, spontę illorum jugo se subderent, dominos agnoscerent, privilegia ab illis supplices peterent, illorum, qvam magistratus Academici, jussa (cui tamen sacramento se obstrinxerant) potiora ducerent, deniqve penitus ab eorum nutu penderent.

Tantum igitur potentia aucti Veterani palam in cœtus & conventicula coire; comitia habere, leges sancire; decreta condere scriptoqve consignata promulgare; de causis & controversiis inter se suosqve natis, qvandoqve & jurisjurandi necessitate testibus imposita, cognoscere; jus dicere; pœnas, ipsamqve adeo infamiam, irrogare ac remittere; prœmia largiri; concionem cogere; militem educere; ad summam, ferme nihil eorum non audere atqve peragere, qvæ à summis potestatibus soli sunt magistratui concessa.

Juniores autem, tam clementi sub imperio, versis, ut solet, in majorem licentiam,

qvæ

qvæ ſibi à veteranis indulta fuerant, in omnem petulantiam ſoluti, non ſatis habere, ſi ſui ordinis adoleſcentes modis, qvos ſupra recenſuimus, inſectarentur: ſed ulterius progresſi, nunc ſexum muliebrem non in foro tantum, & in plateis, ſed in æde ſacra, præſertim in ſolennitatibus nuptialibus, probris & convitiis inceſſere, verbis obſcœnis & ſcurrilibus ab auditu verbi divini reliqvoqve cultu ſacro evertere, intrantibus, exeuntibusve præcludere viam, pedibusqve inſidias ſtruere: nunc in foro ruricolis inſultare, eſculenta, qvæ venum attulerant, eripere, qverentes de injuriis contumeliis plagisve excipere: nunc in ſuburbana & pagos excurrere, ac rixari inibi cum incolis turbasqve ciere: deniqve, ne qvid externæ honeſtatis reliqvum illis videretur eſſe, cum ſcisſis pileis, veſtitu lacero, palliis, aut potius palliorum laciniis è brachio manuve pendulis, nec tam calceis qvam crepidis indutos in publico conſpici: adeo, ut ſi veſtitum ſpectes, non literarum ſtudioſos, ſed mendicos, furioſos, aut à milite exſpoliatos putes. Et qvis omnia petulantiæ ipſorum genera ediſſerat! Qvæ tamen poſtremo non in Academia tantummodo, aut vicinia ejus, ſed etiam alibi conſpici voluit. Id qvod ſatis apparuit, cum ante hunc annum ipſum, in nundinis Numburgenſibus, inſpectante ingenti hominum ex univerſa

propemodum Germania confluentium multitudine, virisqve gravissimis, tam impiè, tam scurriliter, tam petulanter, etiam adversus illustres personas, sese nonnulli gererent, ut Academiæ huic, immo studiosorum ordini universo, haud exiguam, & vix multorum annorum decursu eluendam maculam inusserint.

Porro cum tanta esset veteranorum in novitios potestas inqve Pennalismo tuendo pervicacia; tanta item horum licentia, petulantia, & erga veteranos observantia; fieri vix potuit, qvin subinde, cum alterutri vel utriqve vim passos aut injuriâ affectos se opinarentur, vel & conata sua, qvæsitamqve malis artibus potentiam tueri pertinaciter adversus magistratum cogitarent, res in tumultum & vim publicam erumperet. A Pennalisandi certe prurigine, defendendiq; Pennalisticas actiones proposito fuit, si primam originem spectes, qvod A. 1644. Studiosorum tum in hac Academia viventium plurimi, conspiratione inter se initâ, obseqvium magistratus Academici palam detrectarent, in cœtus coirent, quosdam sui ordinis, explorandæ veritati, utque in eos animadverteretur, custodiæ datos, vi liberarent, novitios armarent, portas obsiderent, ipsi deniqve arci Ducali vim inferrent: nec ante quiescerent, quam Serenissimus Dux Wilhelmus, Patriæ Pater clementissimus, comitante

tante armatorum multitudine huc profectus, convocatos in Collegium Studiosos omnes, indeqve in arcem deductos, ac tam diu inibi detentos, donec pleriqve seditionis auctores detecti essent, ad renunciandum conspirationi adegisset.

Jam qvod ante hos annos quatuor intra oppidum, ante biennium in suburbio à juniorum manu in ædes civium sub noctem factus est impetus; unde nisi à cœco eorundem erga veteranos obseqvio, summaqve ad ciendas turbas propensione, fuit? Qvid multa? Nuperi illius & (nisi Principum solicitudo subvenisset) pæne fatalis Academiæ nostræ tumultus cædisqve tum perpetratæ, num alia potior causa fuit, qvàm novitiorum in excubias à Sereniss. Patriæ Patre securitatis caussa constitutas jactæ commi-nationes & mox pellendis iisdem, tanquam libertati, ut illi putabant, revera autem licentiæ suæ adversantibus, factæ in ipso foro & plateis, si non jubentibus, certe spectantibus, permittentibus, nec improbantibus Pennalisantium præcipuis, concursationes, convocationes, & qvæ præterea sua illis petulantia suggesserat? Sed nec ea, in qvæ paullo post, turpissima conspiratione inita, magna pars Studiosorum, ut universam Academiæ molem subruerent, convenit, qvibusqve postea Ejusdem Clementissimi Patriæ Patris mandato, plerique omnes porrectis

Re-

Rectori dexteris semel iterumque renunciarunt, in hoc usque tempus qvisqvam tenacius, quam novitiorum illi, qvi *Absolutos* se vocant, servavit. Etsi non ignoramus, fuisse & alios, qui posthabitâ jurisjurandi religione, quo fidem suam obligaverant, perniciosa adversus Academiam nostram consilia agitarunt. Quos sua haud dubie pœna manet.

Satis ex iis, quæ non una caussa prolixe recensuimus, apparet, quam nunquam Sereniss. Principibus, Nobisque ipsis, defuerit animus exstirpandi penitus Pennalismi: quam multa item & qvam detestanda sint mala, quæ Lerna illa complectitur. Hæc igitur cum in Academia sua nullo modo ferenda diutius, nec tamen remediis hucusque adhibitis plane præveniri tollique posse, animadverterent Serenissimi atque Celsissimi utriusque lineæ Principes ac Duces Saxoniæ, &c. Nutritores Salanæ hujus munificentissimi, Domini nostri Clementissimi: communicato cum aliis S. Romani Imperii Principibus ac statibus, ac imprimis cum Sereniss. Saxoniæ Electore, consilio, tandem aliquando Pennalismum communi consensu exscindendum esse, decreverunt; eamque in rem Mandata, publice promulganda, nuper ad nos destinarunt. Summa eorum Mandatorum ac sententia hæc est:

Pennalismum illum abominandum

ex

ex noſtra quoque Academia Salana funditus ac radicitus ſublatum, profligatum atque exterminatum volumus. Nemo quisquam Studioſorum *veteranorum* in poſterum à *junioribus* recens Academiam ingreſſis convivium ſive *Acceſſus*, ſive *correctionis*, ſive *abſolutionis*, ſive *poſtpoſitionis*, ſive qvocunqve veniant nomine, *pennaliſticas* comeſſationes alias; neque ullum etiam *aurum argentumve* poſcito: nullis *exagitationibus*, quæcunque illæ ſint, moleſtus ipſis eſto: nulla ad ſervitia ipſos cogito, multò verò minus verberibus excipito, aut alio quocunque modo ſuum quaſi ſub jugum pertrahere audeto: ſed ſolius Magiſtratus Academici, & præfectorum ac Præceptorum inſpectioni, correctioni, animadverſioni eos relinquunto. *Novitii* verò, qvi jam tum in Academia noſtra adſunt, & qvi in poſterum adventuri ſunt, ſtatim, ac ſine ulla procraſtinatione inhoneſtum illum hactenus uſurpatum veſtitum abdicando, in ejusque locum, honeſtiorem, & quali veterani Studioſi uti ſolent, adſciſcunto; ab exagitationibus ſui ſimilium prorſus abſtinento; omnem petulantiam publice privatimqve, cumpri-
mis

mis in æde ſacra & aliis conventibus ac congregationibus, procul à ſe amoliuntor. Profeſſores, ſui qvod eſt hac in re officii, curioſe exſeqvuntor; delinquentes, & huic Sereniſs. Principum decreto qvocunque modo adverſantes, tam veteranos, quam novitios, omni ſepoſito affectu & προσωποληψία ſeu perſonarum reſpectu, pœnâ meritâ afficiunto: & primâ quidem vice pro delicti gradibus ad certi cujusdam temporis terminum, ſecundâ in perpetuum, ſed absque infamia, tertiâ tandem vice, ſi forte recepti fuerint, neque deſiſtant, cum infamia releganto & excludunto. Hi vero poſtremi nullius receptionis, ſed velut infames, nullius quoque honeſti officii capaces habentor. Qvo verò cunque modo, primo, ſecundo, tertio, relegatus quis fuerit, ad alias Academias, ne ibidem recipiatur, ſed velut relegatus aut excluſus ab omnibus habeatur, idemque tam ad aulas illuſtres, quam ad cujusque natalis ſoli magiſtratum perſcribatur: nec absque Sereniſſimorum Principum Patronorum, non alterius lineæ ſeparatim, ſed utriusqve conjunctim, præſcitu Diſpenſatio ulla aut receptio inſtituatur.

atur. Impunè quoque non abibit, si quis sive ex Professorum ordine, sive alius quivis, *Pennalisticarum* commessationum apparatus quocunque modo adjutum iverit; iste qvidem Professorio munere, hoc ipso futurus expers; hic verò pro ratione circumstantiarum graviter plectendus.

Hæc summa est Decreti Serenissimorum Saxoniæ Ducum utriusque lineæ de *Pennalismo*, fœtu isto orcino, profligando & exterminando. Tuum jam est, Juventus studiosa, tam veterana qvam novitia, jurisjurandi, quo Te Serenissimis Principibus ac Magistratui Academico obstrinxisti, memorem, mature obseqvi. Pietatis est Magistratui, DEI in terris vicario, obedire. Nemo vestrum est, qui non malit pius, quam impius audire. Virtutis est, ea vitare, quæ vel speciem malitiæ præ se ferunt. Nemo vestrum est, qui non malit bonus, qvam malus videri. Obedientia felicitatis est mater. Nemo vestrum est, qui non felices malit studiorum successus, qvam infelices. Bonam denique famam conciliat eorum patratio, quæ legibus & honestati sunt conformia. Nemo vestrum est, qui non malit honestus, quam infamis dici. Hæc, Juventus studiosa, tecum meditare: & si sapis, sponte ad peragenda cavendaque, quæ Illustre Mandatum requirit, te compara. Sin, (quod ta-

tamen nolumus) experieris profectò non deesse cum Serenissimis Principibus, tum Nobis ea adversus contumaciam remedia, quæ nolentes eo possint adigere. Nunquam, credite nobis, continget, ut quæ illi tanto consensu, tantoque cum zelo decreverunt, irrita reddi, seque adeo ludos fieri patiantur. Vos quoque, reliqui Cives Academici, dabitis operam, ne deinceps ulla re Pennalismum adjutum eatis. Sin manebit & Vos severa animadversio. P.P. ipso festo Visitationis B. Virginis, hoc est, die 2. Julii, A. Chr. 1661.

IV.

Caveant igitur Scholares omnes, summo semper studio pennalisationes, vexationes, & cujuscunque generis exagitationes juniorum, Edictis ac legibus severissimè interdictas, ne transgressores ac refractarii vindictam divinam in se provocent, ac pœnas Magistratuum incurrant.

CAPUT XIX.

Aliorum commilitonum contemtus.

PEssimum vitium est, quo multi Scholares laborant, dum alios, qui vel nobilitate generis, vel divitiis & opibus, vel scientiâ & eruditione inferiores, alto supercilio de-

despiciunt, sæpè etiam, ut alibi fit, *vilissimis appellationibus* (Schwartz-Mäntel / Käsenäpfe / Prölcker 2c.) ad iram, odia, rixas, contentiones, & duella eos permovent. Stultissimum sanè est, scholarem ob sangvinis nobilitatem, qvæ bonum prorsus alienum, alium ignobilem despernere: Absurdissimum est, scholarem, qvi fortè ob majores parentum suorum fortunas lautiorem in Academia victum habet, commilitonem suum, qui paupertinæ sortis, & cum Daniele scholari, leguminibus & aquâ, id est, modico ac tenui victu, in angulo contentus est, contemtui habere: Iniquissimum est, scholarem, ob ingenii vel scientiæ donum excellentius, à benignissimo DEO acceptum, gloriari, & alium, cui Deus id denegavit, parvi vel nihili æstimare. Sciant scholares, se esse in Christo fratres, & qvoad literarum studia, pares; discant in Christi schola humilitatem, si veri ejus discipuli & Christiani esse volunt. Diligant sese invicem, & ad excolendas bonas artes & virtutes excitent. Prorsus abstineant ab ejusmodi appellationibus, quæ vilipendium commilitonis continent, ne justum Deum alio, & fortè graviore illud compensare, permoveant.

CAPUT. XX.

Prava Converſatio.

EX ſcholis inferioribus ad Academias ſæpè adoleſcentes, malè educati, malè inſtituti advolant, cum qvibus freqventer converſari valdè noxium ac periculoſum. Ut enim prava colloquia, ſic prava converſatio, bonos mores corrumpere ſolet. Nihil facilius, ait S. Cyprianus, qvàm ut ſuperbia ſuperbiam, iracundia iracundiam omne denique vitium in aliorum animis pariat, non modo neſcientibus & non advertentibus, ſed ſæpe etiam invitis. Experientia docet, ſæpe optima adoleſcentum ingenia in Academiis peſtifera pravæ converſationis lue infecta periiſſe. Videant igitur boni ſcholares, qvos ex ſtudioſorum cœtu ſibi adſciſcant contubernales, ac ſtudiorum ſocios: qvos eligant commenſales, qvibuscum converſari, confabulari, ludere ſoleant, ne corruptis aliorum v. g. atheorum, ganeorum, bibulorum, otioſorum, ſuperborum, maledicorum moribus, ipſi corrumpantur. Cumprimis caveant ſcholares freqventem cum ſexu ſequiore converſationem, quæ ut quotidiana docent exempla, non poteſt non multis modis eis eſſe pernitioſa: *Avertant oculos ne videant vanitatem.* Cane pejus

jus & angve fugiant illicitam venerem, velut omnis miseriæ & calamitatis abyssum. Sequantur fidelem Salomonis admonitionem, qui ait: *Longè fac ab ea viam tuam, & ne appropinqves foribus ejus. Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli. Ne forte impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena, & gemas in novissimis, qvando consumseris carnes tuas, & corpus tuum, & dicas: Cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus non adqvievit cor meum, nec audivi vocem docentium me, & magistris non inclinavi aurem meam.* Prov. 5., v. 8. seqq. Semper ingeminent orationem Ecclesiastici: *Domine Pater, & DEUS vitæ meæ, extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, & omne desiderium pravum averte à me. Aufer à me ventris concupiscentias, & concubitus concupiscentiæ ne apprehendant me, & animæ irreverenti & infrunitæ ne tradas me.* Syr. 23. v. 4. seqq.

CAPUT XXI.

Insana helluandi libido.

PEstilentissima helluandi, debacchandi, compotandi ac sese inebriandi consuetudo ut in aulis & caulis, ita etiam, proh dolor! in Academiis, qvæ tamen temperantiæ & sobrietatis collegia esse deberent, pessimo hoc seculo, irrepsit. Vidimus sæpe obstu-

peſcentes, in ſympoſiis, inter horridos tabaci fumos, ſcholares ad æqvales hauſtus cum magnâ vociferatione ſeſe invitantes & cogentes: Vidimus menſas ferculis & bellariis opulenter inſtructas: Vidimus multos, exhauſtis, non rarenter uno hauſtu, capaciſſimis vitris & crateribus, in omnium conſpectu vomentes, totumque & gremium & menſas, & ipſum triclinium incoctæ cœnæ fruſtis, vinumque redolentibus, replentes. Audivimus triſtia exempla eorum, qvi in hac turpitudinis cloacâ vitæ ſalutisqve crimen adiêre, vel ſanitatis jacturam paſſi, vel in ipſo ſympoſio, inter portentoſos hauſtus animam miſerrime exhalaſſe. *Horret ſanè animus luctuqve refugit.* Et hæc ingurgitandi licentia in nonnullis Academiis in tantum excrevit, ut ferè nullis Magiſtratuum Academ. legibus, utcunque optimâ intentione ſeverè latis, coërceri valeat. Ah! crederent ſcholares, quam pulcra & ſalubris virtus ſit *ſobrietas ac temperantia!* contra quam turpis, fœda ac peſtifera ſit *belluandi libido & ebrietas!* Vulgatum eſt: Anima ſicca ſapientior; ebrietate autem ingenium perit, ſapientia obumbratur, vigor animi impeditur, & nec mens nec pes ſuum faciunt officium. *Limn. de J. P. lib. 8. c. 6. n. 103.* Ebrietas blaſphemiis, vociferationibus, rixis, ſeditionibus, homicidiis, cædibus, aliisque malis cauſam præbet, ut ſanitatis ac vitæ
per-

pernicies, omniumque vitiorum Lerna dicatur. Ah! qvam multi inter pocula morte violenta abrepti, & impœnitentes ad abyſſum inferni præcipitati ſunt!

II.

Agite igitur ô ſcholares! ad officia Eccleſiæ aut Reip. deſtinati, exemplo ſcholaris Danielis, ejusqve ſociorũ à commeſſationibus & tuburcinationibus aulæ Babylonicæ abſtinete, ſobrie & temperanter vivite. Omnis abſit crapula, omnis ebrietas, quæ tanquam venenum ingenii atque memoriæ vires debilitat. Deteſtemini ἀσωτίαν, & blandum illud luxuriæ malum, ut dicitur Maximo Valerio, *lib. 9. rer. memorab. princ.* Audite, quæ S. Bernhardus, de ebrietate ſcribit, *Tr. de modo bene vivendi Serm. 15.* Ebrietas inquit, corpus debilitat, animam illaqueat. Ebrietas generat perturbationem mentis. Ebrietas auget furorem cordis. Ebrietas nutrit flammam fornicationis. Ebrietas ita alienat mentem, ut homo neſciat ſemetipſum. Homo ebrius eſt ita à ſemetipſo alienus, ut neſciat, ubi ſit. Ebrietas mortale crimen eſt. Ebrietas grave peccatum eſt. Ebrietas inter homicidia, & adulteria & fornicationes reputatur. Ebrietas ejicit hominem à Regno DEI. Ebrietas expellit hominem à Paradiſo. Ebrietas demergit hominem in infernum. Non eſt aliud ebrietas, qvàm manifeſtiſſimus dæmon.

mon. Quos vero hactenus insana helluandi adflavit cupido, illi seqvantur Polemonis illius Atheniensis, perditæ luxuriæ juvenis exemplum, qvi, cum Xenocratem Philosophum, de modestia ac temperantia differentem, audiret, coronam capite temulento detractam projecit, brachium modestius intra pallium reduxit, oris convivalis hilaritatem deposuit, hat das Schmausen eingestellet / ad ultimum totam luxuriam exuit, & ex infami genere maximus Philosophus evasit.

CAPUT XXII.

Armorum indecens gestatio & sclopetorum explosio.

QVod arma militibus, hoc libri Scholaribus. Invexit autem in qvibusdam locis, ubi juventus studiorum gratia commoratur, militum præsentia & licentia armorum gestationem, ac sclopetorum seu bombardarum minorum & manuariarum, noctu diuqve ex fenestris museorum displosiones, adeò ut militem inter ac studiosum vix discrimen invenire qviveris. Contra indecentem hunc morem in Academia Salana, anno hujus seculi tricesimo qvinto, sub Rectoratu D. Johannis Gerhardi, Edictum prodiit, quod inter alia hujus est tenoris: Armorum gestationem prohibent statuta,

Interdicunt Illuſtriſſimorum Principum reſcripta,& ipſa ſcholaſticorum vita averſatur. Sclopetorum diſploſio, ut & aliorum miſſilium ignitorum, facularumqve arte factarum (qvas Racketen vocitant) ſublimem in aërem, ubi non ſine ſonitu uno pluribusve diſſiliunt, jaculatio, non fit ſine incendiorum, vel etiam cædium periculo, nec ſine puerorum, mulierçularum, cumprimis gravidarum ac puerperarum, ſeniorum & ægrotantium terrore & conſternatione, qvæ & morborum advehit incrementum, nec raro ipſam mortem celerius advocat, maxima. Age ergo, juventus noſtra, bene monentibus pare, priſcos & veros ſtudioſorum mores reſume: Arma & gladios militi linqve, & diſcincta iis, palliis humeros rurſus tuos cinge, modeſtiæqve ac honeſtatis ubivis locorum iter graſſare. A ſclopetorum qvoqve diſploſionibus, & miſſilium ignitorum jaculationibus abſtine.

CAPUT XXIII.

Lucroſi chartarum & aleæ ludi.

Exercitia, recreationes, ludi ingenioſi & honeſti ſcholaribus prohiberi non posſunt. Ex ſtudio namqve literarum ſæpius melancholia, aliaqve corporis intemperies naſcitur, qvæ honeſtis recreationibus vel

caveri vel curari poteſt. Minimè tamen probandi aleæ & chartarum luſus, hoc fine principaliter inſtituti, qvemadmodum peſſimus corruptiſſimi hujus ſeculi mos eſt, ut non ſine jactura temporis inæſtimabili pecunias lucremur. S. Ambroſius *lib. de Tobia cap. 11.* multis probat, *ex alea qvæſtum captatum furti inſtar eſſe*, uſuræ victoriam, & ferarum vitam. Et Lutherus tom. 1. oper. Jenenſ. p. 195. ait: Das Geld auffm Spiel gewonnen/iſt nicht ohne ſein ſelbſt-Liebe/und ohne Sünde gewonnen. Add. Mengering. *Scrutin. Conſc. cap. 11. qv. 5.* & Bolton Anglus, Noah Wandel/ Tit. von den Ergetzligkeiten *pag. 238. ubi ita ſcribit*: Behertziget die Großmütigkeit eines gelehrten und fürtrefflichen Theologi zu dieſen unſern Zeiten. Etliche (ſagt er) geben für/ ſie haben keine Luſt am Spielen/ſo fern ſie nicht ümb etwas ſpielen/ man muß aber ſolche Leute fragen/ worzu ſie das gewonnene Geld gebrauchen wollen? Sie werden vielleicht antworten/zu einer Mahlzeit oder Gaſterey: Warum nicht lieber den Armen gegeben? Ich ſage aber/es ſey beſſer und ehrlicher/ kein Geld auffzuſetzen: Denn ob ihr ſchon nichts zugewinnen begehret/ſo kan doch der ander/ mit welchem ihr ſpielet/ Begierde zu gewinnen haben: Laſſet die Gelegenheit zu allen Böſen fahren/welche mannigfaltig iſt in vielen Dingen/ und das Böſe wird nachbleiben. Certè aleæ vel chartarum luſus non eſt, nec unqvam eſſe poteſt legiti-

mus adqvirendi modus, si non tam perversi seculi mores, qvam rectam vitæ Christianæ regulam in verbo DEI præscriptam, respicere velis. Fugiant ergò scholares *aleam legibus vetitam*, aliasqve honestas recreationes sectentur.

CAPUT XXIV.

Luxus vestium.

STudiosorum professioni omninò convenit vestitus mundus & honestus. In Statutis Academiæ Jenensis ita habetur: Ordnen und wollen wir/daß sich alle Studenten/ und Glieder der Universität in Kleidungen und euserlichen Wandel/ mäßig/ eingezogen und züchtig halten/und hierinnen alle Ungestalt und Mißstand meiden/wie sich denn ihrem Stande nach gebühret Ejusmodi autem Statuta ac graves de vestium luxu in Academiis inter Scholares grassante audiuntur qverelæ. Auff Universitäten ist heutiges Tages der Teuffel gar loß / der die arme blinde Jugend zu allerhand seltzamer/närrischer/ungeheurer/fremder/ üppiger/ leichfertiger/ frecher/ prächtiger/ unverschämter Kleidung treibet/ und gewaltig anführet. O des unaussprechlichen Schadens! Aus Schulen und Universitäten kommen die jenigen her/welche Kirchen und weltliche Aemter bedienen; so nun dieselben vom Hoffarts-

Teuffel corrumpirt seyn/wie können und wollen sie bey andern in hoc passu was heilsamliches und erbaulliches ausrichten. Keiner sage: Es wird ja so viel nicht schaden: Ach leider! eben daher/weil jederman meinet/es schade nicht/kömmts auch/ daß man ietziger Zeit niergend mehr seltzamer/ närrischer/ ungeheurer/ frembder/üppiger/leichtfertiger/frecher/ prächtiger/ unverschämter Kleidung findet/ als in den Universitäten/da die Eltern vermeinten/die Kinder verstudiereten ihr Geld/ so frisset es der Hoffarts-Teufel/der Hoffnung/ob er bald die rechten guten Studia auch mitfressen/ und das Heidenthum vollend anrichten möchte. Sunt verba optimi Theologi D. Joh. Ludov. Hartmanni, im Alamode-Teufel/*part.3.cap.3*. Add. D. Dilherrus *b. m.* Propheten-Schul/ *pag.552. & seqq.* ubi pluribus studiosorum Theologiæ stultum fastum & luxum in vestibus acerrimè perstringit. Et sane dolendum, etiam *Scholares stipendiatos* nonnunqvam hoc vitio laborare, qvi commilitonum exemplo corrupti, studiorum subsidia & eleemosynas in vanitates vestium impendere, atqve dispendere non erubescunt, scheuen und schämen sich nicht/ in Sammet und Seiden/ und sonst auf Alamode gekleidet einherzutreten. Illi legant, qvod in Ordinat. Stipend. Ducali Magdeb. tit. Von Kleidung der Stipendiaten habetur: Es sollen sich die Stipendiaten erbarer Kleidung gebrauchen/keine ihnen nicht gebüh-

bührende Kleider und Mäntel tragen / sich der Demuth befleißigen/und gedencken / daß solche beneficia Allmosen seyn / und zum Prassen nicht gewiedmet / bey deren Mißbrauch man GOttes schweren Zorn und Unsegen sich leichtlich über den Hals ziehen kan. Vid. pluribus Tract. nostr. *de stipendiis & stependiat. Scholar. cap. 8. n. 22. & seqq.* Pestis certè efficacissima Studiosis luxuria vestium. Cùm enim sunt benè imò luxuriose induti, libros pulvere plenos linqvunt, qvotidie circumeunt plateas, ut videant, & videantur. Caccialup. *de modo stud. doct.* Et Rebuffus *de Privileg. Scholar. 94.* qvem refert Limneus *de jure publ. lib. 8. c. 6. n. 80.* Si scholaris brevem vestem deferat, brevem sensum præsumit: si pennam in pileo, levem: Si vestes graves, & gravibus personis & sapientibus convenientes, semisapientem: si politas nimium, venereum: si immundas, coqvum seu culinæ insidentem freqventer, seu suo studio insidentem. Optimus Princeps ERNESTUS, Saxo-Gothanus, beatissimæ memoriæ, ægerrimè ferebat, qvando scholaris, splendide & alamode (ut loqvuntur) vestitus, coram eo comparebat. De qvodam Duce Sveviæ, Ebardo Barbaro refertur, daß zu solchem ein Student kommen / und bey ihm umb einen Pfarr-Dienst angehalten / deme der Fürst erstlich nicht übel geneigt gewesen: Als aber der Wind ohne gefehr des Studenten

Mantel weg geblasen/ und er seine närrische Hosen gesehen/habe er ihn mit grosser Ungnade hinweg/ und ihme alle Beförderung abgeschlagen. Observent hoc scholares, cumprimis Theologico studio consecrati, ac vanas vestium novitates fugere discant.

Scholares ergo simplici, honesto ac humanitatis studiosis non indecenti habitu utantur, phantasiam hominum hujus seculi, & mores Gallorum, qvos justissimus Deus hodie, proh dolor! Germaniæ nostræ adflictissimæ flagella reddidit, in alamodicis vanitatibus minime seqvantur, mandati Apostoli memores: *μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ: nolite conformari huic seculo.* Rom. 12. v. 2.

Caput XXV.

Profana in diebus sacris studia.

QVamvis literarum profanarum studiis in diebus Dominicis atqve sacris incumbere, nõnullis etiam res omnino licita videatur. rectius tamen alii ejusmodi studia, utpote sanctificationi Sabbathi minimè convenientia, improbant, qvam sententiam utpote in conscientia magis tutam, merito amplectimur. Sanctificatio namqve finis est Sabbathi, & propter illum finem addita est Sabbatho vacatio ab aliis operibus, impedi-

dientibus aut turbantibus illam ſanctificationem. Chemnit. *in Exam. Concil. Trid. part. 4.* ubi ait: Utile eſt ad commonefactionem unum aliqvem in ſeptimana diem ita Religioni conſecrare, ut in eo aliud operis nihil fiat, vel negotii ſuſcipiatur, qvam ut *in ſacrum cœtum ad auditum verbi*, ad perceptionem Sacramentorum, ad publicas preces, ad confeſſionem fidei, ad gratiarum actiones, ad collationem eleemoſynarum, & ad alia pietatis exercitia conveniatur. In Decreti Gratiani *parte III. de conſecr. diſt. 3. cap. 16.* dicitur: „Die Dominico nihil aliud agendum eſt niſi „Deo vacandum, nulla operatio in illa die „ſancta agatur, niſi hymnis & Pſalmis, & „canticis ſpiritualibus dies illa transigatur. Optimè Joſephus ille Hallus, *Epiſcopus Oxonienſis*: Dies, *inqvit*, Domini reqvirunt majorem reverentiam, & longe aliam curam at„qve reſpectum, qvam dies profani & com„munes. Hac die ego obliviſcor totius mundi, & qvadantenus mei ipſius. Et qvemadmodum Magnates ſolent, qvi durante illo tempore, qvo ipſi rebus ſuis privatis & ſecretioribus vacant, omnibus aliis, qui ipſos conventos volunt, aditum negant, ſic ego meas tum cogitationes diſpono. *Negotia hujus diei ſunt, orare, meditari, legere, audire concionantes, cantare & conferre ſacra & de rebus ſacris.* Hunc diem non auſim impendere ulli operi, vel etiam delectationi, *qvæ non ſit cœleſtis.*

lestis. Communiter à Theologis nostratibus in diebus sacris commendantur opera pietatis, necessitatis atque charitatis. Nemo autem dixerit, legere Bartolum vel Baldum, Hippocratem aut Galenum, Aristotelem vel Ciceronem, esse opus pietatis vel necessitatis. Adducimus pro hac sententia optimum Theologum, D. Mengeringium, qvi in *Scrutin. Consc. cap. 7. qvæst. 70.* ita scribit: Studenten und gelehrte Leute fragen sich / ob sie an Sonn- und Fest-Tagen in weltlichen Büchern und Heidnischen Scribenten gelesen / und dafür die Bibel und Predigt des Wortes und andre Ubungen der Gottseligkeit unterlassen und bey seit gesetzet? Ach! so sind manche gesinnet / die mehr auff Welt-Witz und Weißheit / als auf GOttes Ehre und das Christenthum gedencken / die fahren an solchen Tagen immer fort / und lassen ihnen ihre Philosophische / Philologische / Juristische und Historische Bücher nimmer aus den Händen kommen / da sie doch an solchen Tagen fleißig zur Kirchen gehen / GOttes Wort daheim mit Andacht lesen und betrachten solten. Addimus huic Joh. Georgium de Borne, *Cancellarium Electoralem Brandenburgicum*, qvi in Consultatione Politico-Theologica Von dem gegenwertigen betrübten Zustand der Welt / und deren Haupt-Ursachen / apertè scribit: Man soll am Sonn- „tage in keinen andern Büchern studiren / als „in der heiligen Schrifft und geistlichen Sachẽ:

Quid

Qvid verò si scholaris DEI verbum in templo audiverit, anne reliqvum tempus studiis civilibus licite impendet? Minimè. Vulgaris, ait D. Gerhardus, *Tom. 1. LL. CC. 3. pag. 189.* idemqve pessimus mos est, aliqvam tantum, eamqve ferè minimam partem diei sacræ divino cultui impendere; sed meminerimus, *diem, non aliqvot horas* Sabbathi sanctificandas. D. Brochmannus *System. Theolog. Loco de lege sect. 2.* Sanctificatio Sabbathi jubet totum diem impendere sacris exercitiis, qvæ in publico cœtu celebrantur, aut si hoc non conceditur, saltim insumere totum diem privatæ verbi divini & operum divinorum meditationi. D. Hoë Postill. *Germ. super Domin. 17. post Trin.* Es ist nötig zur rechten Feyer des Sabbaths/daß man den gantzen Tag feyere. Manche meinen/es gehe wohl hin/wenn man nach der Früh-oder Mittagt-Predigt zu den gewöhnlichen Geschäfften greiffe: die zerstümmeln unserm HErrn GOtt seinen Tag. Add. Carpzov. *Jurisprud. Consistor. lib. 2. tit. 16. def. 254. n. 12. seq.* novissimè D. Anton. Reyser, Sabbathisch und Sonntäglich Licht und Recht/ *pag. 304. & seqq.* Addit. nostr. *ad Limnei jus publ. l. 8. c. 6.*

Monemus ergo scholares, ut in diebus sacro cultui destinatis, à lectione profanorum librorum abstineant, tempus illud sacrum, sacris lectionibus, meditationibus, colloqviis aliisqve pietatis exercitiis unicè impen-

pendant; Si id seriò fecerint, benedictionem in studiis divinam certissimam eis promittimus.

Der Christliche Student.

SEines Studierẽs und Lernens Zweck ist die Heiligung und Ehre Göttliches Namens/ nebenst der unverfälschten Liebe seines Nechsten. Er siehet nicht auf andere fleischliche Neben-fines, als da seind/ grosser Ruhm und Ehre vor der Welt/ sonderlich Lob der Geschickligkeit/ statliche Beförderung und Reichthum. Er lernert zuförderst aus dem geoffenbahrten Worte Gottes seinen Schöpfer und sich selbst recht erkennen. Solch Erkäntnüß achtet er weit höher/ nöthiger und nützlicher/ denn alle Künste und Wissenschafften. An GOtt hat er seine höchste Lust/ über dessen Güte er sich innerlich erfreuet. Denen Christlichen Tugenden/zumaln der wahren Gottseligkeit/ lieben Demut und Verachtung seiner selbst/strebet er eiferig nach/ und nimmet alle Gelegenheiten wol in acht/dadurch eine und die andere practiciret werden kan. Sein Symbolum ist: **Die Furcht des HErrn ist der Weisheit Anfang**; welche zuerlangen er GOtt eiferig und unabläßig anruffet/fleischliche Wissenschafften/ ohnerbauliche speculationes und curieuse Nachforschungen unnützlicher Dinge/ meidet er als schädliche Zeit-

ver-

verspielterungen. Weil die edle Zeit sehr kurtz/ dahero ohnschätzbar und ohnwiederbringlich/ so hält er dessen Versäumung ohnverantwortlich/ eingedenck/ daß er auch von iedweder Stunde Rechenschafft zugeben schuldig. Weder Aristoteles noch Papinianus mag ihn an fleißiger Lesung der heiligen Schrifft und Göttlichen Betrachtung Himmlischer Dinge hindern und versäumen. Er fliehet alles offenbare sündliche Unrecht/ und andere Dinge/ so nicht dem Geist/ sondern dem Fleisch forthelffen und Anleitung zu Bösen sind/ alß Zech-Gesellschafften/ Müßiggang/ Mißbrauch der Music/ Leichtsinnigkeit in Kleidungs-Arten und dergleichen. Er hasset die irrdischen Wollüste/ zumahlen Saufferey/ Balgerey/ und ander hoffärtiges Welt-Wesen/ allezeit eingedenck der Gegenwart des Himmlischen Hertzenkündigers. Die erlangte Weißheit/ Kunst und Erfahrung schreibet er alleinig dem Segen und der Gnaden GOttes zu/ dancket Ihm dafür hertzlich/ und ist bereit mittelst ordentlichen Berufs/ alles der Ehre seines GOttes und Heiligung dessen Nahmens treulich auffzuopffern. Weil das Wissen auffblähet/ so hütet er sich für dem schädlichen Gifft des Ehrgeitzes/ in steter Erinnerung menschlicher Ohnvollkommenheit/ und ihme anklebender vielen sündlichen Gebrechen. Er demüthiget sich/ und hält sich der von GOtt geschenckten Gnaden-Gaben gantz unwürdig; gebrauchet dieselbe mie Furcht/ weil er weiß/ daß

ihme GOtt in einem Augenblick seiner Vernunfft und Verstandes wiederum berauben und ihn zum Narren und Thoren machen könne. Gegen seine Præceptores verhält er sich wie ein frommer Sohn gegen seinen Vater; liebet und ehret sie gleich seinen leiblichen Eltern. Folget deren heilsamen Vermahnungen willig/ hütet sich vor deren Zorn und Fluch/ und befleißigt sich derer Gunst/ Lob und Seegen zuerwerben. Auch bezeuget er sich gegen dieselben nach Vermögen danckbar/ und vergisset nicht/ wie viel Gutes durch derer Anweis- und Unterrichtung er von ihnen genossen.

Mit seinen Neben-Schülern lebet er friedlich/ liebet sie als seine Brüder/ ist ihnen behülflich und vermahnet sie zu allen Guten. Er neidet nicht die gelehrter sind denn er; Er verachtet nicht neben sich die am Verstande/ Gelehrsamkeit und Gaben geringer sind denn er. Vor seine Wohlthäter/ von denen er etwa ein stipendium oder gute Beförderung zum studieren erlanget/ betet er inbrünstig/ ist allzeit bereit/ durch erbethene Gnaden-Hülffe seines GOttes derer heilsamen Rath und Vermahnungen zufolgen. Mit denen ihme von seinen Eltern/ Vormunden uud Wohlthätern zum studiren verordneten Geld-Mitteln gehet er treulich ümb/ wendet dieselben nicht an ohnnöthigen Kleider-Pracht oder andere überflüßige Dinge/ wohl eingedenck/ daß er hievon auch ohngeforderte Rechnung zuthun pflichtig. In

Entstehung benötigter studirens-Kosten und anderer Nothdurfft wird er nicht verzagt und kleinmütig/sondern fähret in seinem Fleiß immer fort/vertrauet GOtt/ und betet desto hertzlicher umb Hülffe/Gnade/und Beystand des Höchsten / beständig versichert / daß ihn GOtt nicht verlassen/sondern ihn wohl versorgen und forthelffen werde. Der Beförder-und Beruffung zu einem und andern Amt und Dienste erwartet er mit Gedult/wird über deren Verzögerung nicht ungedultig/ sondern ist zufrieden/ wann/ wie und wo ihn GOTT beruffen wolle/ siehet nicht/ wie er durch Geschencke/ Schmeicheln/ Rennen/Lauffen/oder andere unzuläßige Mittel in ein Amt einschleichen / und sich selbst eindringen möge. Mit dem Amt/ Stande und Beruff/ so ihme GOtt bescheret/ist er gern zufrieden / murret und zürnet nicht / ob er auch gleich eines höhern würdig / und er einen Unwürdigern und geringern ihme vorgezogen sehen muß/sich dessen Göttlichen Beruffs darbey getröstende / und besorgt lebende/wie er das ihm anvertrauete talentum wohl anwenden möge.

TANTUM.

Θεῷ μόνῳ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

I. N. J.

De

VITIIS ET ERRORIBUS MODERATORUM JUVENTUTIS SCHOLASTICÆ.

CAPUT I.

Negligentior cultura pietatis.

I.

PRæceptorum in ſcholis officium cumprimis in eo conſiſtit, juxta eruditionem Adoleſcentum animos ad pietatem traducere. Chriſtlicher Schulen vornehmſter Zweck ſoll ſeyn Kinder GOttes / Glieder und Nachfolger Chriſti / Tempel des heiligen Geiſtes / mit einem Worte / gute Hertzens- und That-Chriſten / das Neben-Ziel aber geſchickte Leute / zu Schulen- Kirchen- und Regiments-Dienſten / auch dem Haußweſen aufzuerziehen / wohin denn nun / nicht aber / geſtalt doch offt geſchiehet / auf bloſſe Wiſſenſchafft und Erudition, die auch wohl bey gottloſen Leuten ſeyn kan / ihr Abſehen alle richten ſollen / welche bey Chriſtlichen

lichen Schulen etwas zudirigiren oder zu laboriren haben. Sunt verba D. Lenzii, Cancellarii qvondam Schwarzburgici, quæ adduximus im kurtzen ohnvorgreifflichen Bedencken / wie etwan die Præceptores in denen Particular-Schulen die liebe Jugend zur wahren Pietät mit mehrern Nachdruck anführen könten? pag. 8. Add. Hoffmann. Jugend- und Tugend-Lehre / *Part. general. Sect. 1. c. 1. §. 9.* ubi ait: Ein ieder gewissenhaffter und ehrlicher Vorsteher der Jugend / welche ihm sowohl als die erwachsene Zuhörer Lehrern und Predigern zubeobachten von Christo anbefohlen / ist vermöge seines schweren und sauern Amts / von GOtt und Rechtswegen verbunden / in deren zarten Gemüthern die liebe **Gottesfurcht nach Müglichkeit einzupflantzen** / damit / so viel thunlich ist / aus der Zucht-Schule solche Leute mit der Zeit hervor gehen / welche in allen ihrem Thun / Handel und Wandel / GOtt in ihrem Hertzen und vor Augen haben / und also des Höchsten Ehre in der Kirche und Schul / im gemeinen Regiment und im häußlichen Stande befördern mögen. Nos qvi in scholis laboramus, (inquit Matthias Bergius, Brunsvicensium olim Rector,) potissimum illud videre oportet, seduloqve curare, ut à vitiositate morum communium ad pietatem animi traducantur, atqve isthuc adsvescant à teneris, ut doctrinam pietatis & officiorum sanctorum, Deo placen-

tium probare studeant. Die Furcht GOttes solte der Weißheit Anfang seyn/das Haupt oder Haupt-Zweck/das Fac totum, sie solte vor den studiis vorher gehen / als Hertzogin und Führerin/ sie solte dieselbe begleiten / reguliren, und endlich das Ziel und Zweck seyn; so wird dieselbe aus der Acht gelassen/und denen sonst guten ingeniis die Kunst/als ein scharff Messer in die Hand gegeben / damit sie gleich den unvorsichtigen Kindern/sich und andere verwunden. Camilli didactrum oder Lehr-Geld verdienen solche Lehrer/die die arme Jugend verrathen/und dem Welt-Geist übergeben/ sunt verba D. Danhaueri *Lact. Catech. part. 8. p. 212.*

II.

Si qvis vero dixerit curam pietatis præcipuam incumbere Ecclesiæ Ministris, non Præceptoribus, qvi in docendis literis satis occupati: ille audiat, quæ non ita pridem optimus qvidam Theologus Dn. Scriverius in literis superiori anno ad me datis, de hac re monuit. Ich weiß wohl (inqvit) was bey den meisten wird eingewendet werden/ es weren die Stunden zur Schul-Arbeit genau ausgetheilet / und in einer iedweden gewisse Lectiones verordnet/ würde man also keine Zeit haben/ doctrinam pietatis zutreiben/ zuförderst/ weil dieselbe in die Kirche gehörete &c. Allein es ist die Sache von solcher Wichtigkeit/ daß wenn sonst keine Zeit könte gefunden werden

den/man lieber noch eine Stunde des Tages länger arbeiten/ als dieselbe liegen lassen solte. Und wenn bey denen sämtlichen Herren Præceptoren sich ein rechtschaffenes Wesen in Christo/ und gebührender gottseeliger Eyfer fünde/ so würde sich auch die Zeit zu solcher heiligen Arbeit wohl finden. Die Erfahrung lehret/ daß manche aus Faulheit und Nachläßigkeit die bestimten Stunden verschmälern/ kommen späte zur Lection, und schließen sie stracks/ wenn es geschlagen/ die Gottliebenden hergegen solten billich etwas früher hinein kommen/ und wo es sich nur immer schicken wolte/ die Jugend etwas länger auffhalten/ damit sie Zeit haben möchten/ fürgeschlagener massen sie zur Gottseligkeit anzuweisen. Diese Arbeit solte billig Zeit haben/ wenn auch alle andere etwas entbehren müsten. Man könte auch mit Einstellung des offt unnöthigen und vielfältigen dictirens und recitirens einige Zeit gewinnen/ were auch höchstrühmlich/ wenn an denen Tagen/ wenn die Jugend alten Herkommen nach/ ferias hat/ und selbige offt übel gnug anwendet/ die Præceptores Collegia pietatis anstelleten 2c. Daß aber Doctrina pietatis nicht in die Schule gehöre/ ist traun ein unchristlicher Einwurff/ welchen man doch zuweilen von einigen hat vernehmen müssen. Der Apostel spricht: **die Gottseligkeit sey zu allen Dingen nütze;** So wird sie auch in die Schulen gehören/ und der studierenden Jugend bey ihrer Arbeit heilsam

sam seyn. Die Christliche Schul-Arbeit muß ja hierauff fürnemlich und über alles zielen/ daß sie GOtt zu Ehren und der Kirchen zu Dienst/ nützliche und tüchtige Leute erziehen/ und soviel an ihr ist/ Gefässe der Barmhertzigkeit/und Werckzeuge der Gnaden GOttes zurüsten will/wie kan sie aber diesen Zweck/ ohne Unterweisung der Gottseligkeit erreichen? Was hilffts/wenn sie zwar gelehrte/ aber nicht heilige und fromme Leute erziehet? Bey Christlichen Schul-Lehrern muß ja seyn der Glaube/ der durch die Liebe thätig ist/die dringende Liebe Christi/und ein heiliges Verlangen/auch andere zur seligen Gemeinschafft JEsu/ deren sie theihafftig worden sind/zu bringen/weñ nun dieses nicht bey ihnen ist/wie dürffen sie sich Christen rühmen? Ists aber bey ihnen/so werden sie nicht lange fragen/ ob die Unterweisung zur Gottseeligkeit in die Schulen gehöre? Die Gottseligkeit ist so hoch nöthig/daß alle Stände ausser Zweifel verbunden sind/ dieselbe zu befördern/die Prediger nicht allein/ sondern auch die Obrigkeit/und Hauß-Väter müssen das ihrige nach allen Kräfften darbey thun/ wie wollen sich denn Christliche Schul-Lehrer derselben entziehen können? Wie sollen sie allein an dem heiligen Tempel-Bau des HErren nicht Theil haben wollen? Sie wollen ja mit eingeschlossen seyn in das vierte Gebot/ und nebst Eltern/ Predigern und Obern den schuldigen Gehorsam von der lieben Jugend haben/ wie sol-

solten sie denn nicht nebst jenen / was zu deren zeitlichen und ewigen Wohlfart höchnöthig und dienlich ist / helffen treiben und beobachten? &c.

CAPUT II.

A vero studiorum scopo ad carnales fines abductio.

STudiorum scopus primarius ac principalis non alius est ac esse debet, qvam Gloria DEI, ad qvam docentes atqve discentes in scholis unicè atqve unicè respiciant necesse est. *Vid. lib. nostr. de vitiis Scholar. cap. 1. & 2.* Ab hoc autem scopo nonnulli Præceptores aberrant, qvi discipulos suos ad industriam in literis adhibendam, magnam laudem, honores ac divitias eis promittendo excitant. Optimè beatus Lenzius noster, Cancell. Schwarzb. qvem laudavimus im kurtzen Bedencken / wie die Pietät in Schulen &c. Es sollen (inqvit ille) die Præceptores ihren discipulis pro captu treulich zeigen den rechten finem studiorum, nemlich die Heiligung und Ehre des Nahmens / Such- und Förderung des Reichs / und dann nechst denselben gnugsame Erforschung und fröliche Vollbringung des Willens GOttes / mit nichten aber eigene falsche Liebe / grossen Ruhm und Ehre / Gewerbe und zeitliches Reichthum. Und

nachdem zu gedachten schädlichen Gutdünckel viel Anlasses giebet/ wenn die Jugend zum Lernen durch fleischliche fines angereitzet wird/ alsdenn sind: Sonderliches Lob ihrer Geschickligkeit/ oder auch/ Vorbildung/ wie vornehme/ gelehrte/ reiche ꝛc. Leute durch ihr Lernen und Studieren ins künfftige bey Kirchen oder Regimenten die Knaben werden könten: so sollen die Præceptores sich dessen eusern. Add. D. Danhauer. *Lact. Catech. Part. 8. pag. 76.* ubi ita scribit: Man ist heutiges Tages von dem rechten Zweck der Christlichen Schulen weit abgesprungen. Eigen-Ehre herrschet in unsern Schulen für Christi Ehre. Wie die Heiden nichts anders gelehret/ getrieben und gesucht/ als eigene Ehre / daß sie in der Welt möchten grosse Leute werden/ einen unsterblichen Nahmen nach dem Tode zu haben/ sich bewürben/ massen Augustinus in seinem ersten Beicht-Buche *cap. 9.* hierüber eine erbärmliche Klage führet: Mihi puero proponebatur obtemperare monentibus, ut in hoc seculo florerem & excellerem lingvosis artibus ad honorem hominum. Idem Danhauerus *d. tr. pag. 212.* porro scribit: Es sind heutiges Tages viel Magistri vanitatis mundialis, non veritatis cœlestis, die die Jugend zu allerhand Vanitäten und weltlichen Eitelkeiten anziehen/ von himlischer Weißheit aber entweder Mäusestill schweigen/ oder doch dieselbe mit gebührender dexterität nicht können oder wollen vortra-

tragen. Die lieber Præsenten, Gaben und übermachte Lehr-Gelder von ihren Discipuln aufheben/ als daß sie dieselbige selbst als GOttes Gaben und theure Beylagen/ **sonderlich die Armen/** halten und ansehen solten.

CAPUT III.

Gentilium librorum incauta lectio.

IN lectione Autorum Gentilium, ut sunt Terentius, Plautus, Ovidius, Horatius, Martialis, Apulejus, Petronius, & hujus farinæ alii, in qvibus multa impura & scandalosa reperiuntur, Præceptores summo studio cavere debere, ne scholastica juventus, eâ in pietate & Christianismo offendiculum patiatur, antehac monuimus in kurtzen Bedencken/ wie etwan die Præceptores in denen Particular-Schulen die Jugend zur pietät anführen könten §. 15. Qvamvis nonnulli Theologi svadeant, gentiles Autores è scholis Christianorum vel planè exterminari, vel eorum scripta in locis suspectis castrari debere: qvod tamen aliis displicet. Magna sanè circumspectione Præceptorum in hac re opus esse, nemo negaverit. Audiemus D. Mengeringium, qvi (*in Scrutinio Consc. c. 10. qvæst. 96.* ita scribit: Præceptores prüfen sich/ ob sie solche Bücher und Heidnische Autores ihren Discipeln vorgeleget/ gelesen/ erkläret

